ESEGESI BIBLICA
160
N
7.
BIB. NAZ. NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
160
N
7
NAPOLI

Digitized by Google

S355

Digitized by Google

Digitized by Google

IOH. SIMONIS

ONOMASTICVM NOVI TESTAMENTI ET LIBRORVM V. T. APOCRYPHORVM SIVE TRACTATVS PHILOLOGICVS,

QVO

NOMINA PROPRIA N. T. ET LIBRORVM APOCRYPHORVM V. T.

EX IPSORVM ORIGINIBVS ET FORMIS EXPLICANTVR.

ACCEDIT

BIGA DISSERTATIONVM

DE THAMMVZ, EZECH. 8, 14. ET DE VSV ITINERARIORVM ORIENTALIVM.



HALAE MAGDEBVRGICAE

IMPENSIS ET TYPIS IOH. IAC. CVRTII.

M DCC LXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

LECTORI BENEVOLO AC ERVDITO

S. P. D.

IOH. SIMONIS.

Iam dudum eſt, ex quo *Onomaſticum* quoddam *Graecum*, cum orbe erudito communicandum, promiſi. Equidem tribus partibus illud abſoluere, et prima quidem ſingula Graecae linguae Nomina *Appellatiua Deriuata Simplicia*, incredibili labore congeſta inque claſſes ſuas diſtributa,

Digitized by Google

buta, ex ipſorum originibus et Formis h. e. terminationibus explicare conſtitueram. Secunda parte complexura erat omnia Nomina *Appellatiua Compoſita*, qua illorum ſignificationes ex eorundem originibus, compoſitionibus ac terminationibus eruere animus erat: prout vtrumque factum eſt in *Arcano Formarum Nominum linguae Hebraicae.* Tertia denique parte Nomina *Propria* tum librorum Noui, tum Apocryphorum Veteris Teſtamenti, ſicut in *Onomaſtico Veteris Teſtamenti Hebraico*, exponere volui. Sed labori iſti immerſo tantae ſeſe mihi obtulerunt difficultates, vt plane deſperarem, fore, vt eum tam cito, ac cogitaueram, ad finem perducere poſſem. Quis enim, linguae Graecae cognitione vel mediocriter imbutus, neſcit, quanta ſit illius copia et amplitudo, qua prae omnibus aliis linguae Arabicae copiam proxime attingit? vt pluribus oſtendi in *Introduct. in linguam Graecam* Sect. I. §. 5. Accedit et hoc, quod linguae Graecae, tot tamque variis gentibus olim vernaculae et pluribus dialectis diſtinctae, non ea ſit regularitas, quae Hebraicae, vnius tantum populi quondam vernaculae, propria eſt. Aliis inſuper laboribus ſubinde

ab

Digitized by Google

ab inſtituto meo distractus, animum tandem mutaui et tertiam ſaltem eius partem ſub *Onomaſtici Graeci* nomine hac vice in lucem emittere, reliquas autem partes in plures annos premere atque ſub nomine *Arcani Formarum Nominum Graecae linguae* aliquando edendas, ſi Deus vitam viresque conceſſerit, ad aliud tempus reſeruare, conſultius eſſe duxi. Habes itaque, LECTOR BENEVOLE! in hoc *Onomaſtico* noſtro ſingula Nomina *Propria* Noui et librorum Apocryphorum Veteris Teſtamenti, ordine alphabetico recenſita et ex ipſorum originibus ac Formis explicata: vt adeo tanquam Pars altera *Onomaſtici V. T.* haberi poſſit. Praemiſi Sectionem *Praeliminarem*, qua Generalia quaedam, ſcitu neceſſaria aliisque Viris doctis iam obſeruata, tradidi; in fine autem ſubieci *Bigam Diſſertationum:* quarum altera, Programmatis quondam loco edita, cum Profeſſionem Hiſtoriae S. et Antiquitatum auſpicarer, de *Thammuz*, Ezech. 8, 14. eiusque *ſignificatione Grammatica et mythologica*, vtpote argumento haud diſſimili, agitur; altera autem de *Vſu Itinerariorum Orientalium in Philologia ſacra, Antiquitatibus Biblicis et Hiſtoria Eccleſiaſtica*, nata eſt ex Oratione In-

augurali, quam ſic in Diſſertationis formam redegi. Caeterum Te, LECTOR BENEVOLE! ignorare nolo, me inter libros V. T. Apocryphos ex libro quoque Eſrae Apocrypho, qui vulgo *Eſrae Liber quartus* inſcribitur, reuera autem nihil aliud eſt, quam cento quidam ex libris Eſrae Canonici, Nehemiae et Chronicorum conſarcinatus, Nomina *Propria* depromſiſſe; non tamen omnia: quia ſingula fere tam turpiter deprauata ſunt, vt Hebraicis, prout haec in libris Canonicis comparent, plane ſint diſſimilia; Hebraica autem illa in *Onomaſtico V. T.* ſatis iam explicata exhibentur. Vale et proxime abs me *Obſeruationes Lexicas*, in ſupplementum Lexici Hebr. edendas, exſpecta. Scribebam Halae Magdeburgicae IV. Calend. April. MDCCLXII.

ONO-

Digitized by Google

ONOMASTICI
N. T.
ET LIBRORVM APOCRYPHORVM V. T.

SECTIO I.
PRAELIMINARIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Sectio I.

PRAELIMINARIS.

§. I.

Nomina *Propria*, in Nouo Teſtamento Graeco et Libris Apocryphis obuia, origine vel pure *Graeca* ſunt: vt Ἄρχιππος, Col. 4, 17. vel *Hebraica:* vt Ἀδασὰ, 1 Macc. 7, 40. vel *Chaldaica:* vt Ῥαψάκης, Sir. 48, 18. vel *Syriaca:* vt Κηφᾶς, Ioh. 1, 42. vel *Phoenicia:* vt Πισιδία, Act. 13, 14. vel *Arabica:* vt Ἐιμαλκȣὲ, 1 Macc. 11, 39. vel *Aethiopica:* vt Κανδάκη, Act. 8, 27. vel *Perſica:* vt Ἀρσάκης, 1 Macc. 14, 2. vel *Armenica:* vt Τύραννος, 2 Macc. 4, 40. Act. 19, 9. vel, *Aegyptiaca:* vt Φαραὼ, 1 Macc. 4, 9. Act. 7, 10. vel *Latina:* vt Ἰȣ̃στος, Act. 1, 23. vel, quod quidam volunt, *Germanica:* vt Σκύθης, 2 Macc. 4, 27. Col. 3, 11.

§. II.

In *Nominibus Propriis* Graecae originis Accentus diſcriminis cauſa retrahi ſolet: PASOR in *Lexico Graeco-Lat. in N. T.* ſub voc. Ἔραςος et Πάτμος. (a) Exempla ſunt Σωσθένης pro Σωσθενὴς, Act. 18, 17. Δρίμυλος pro Δριμύλος, 3 Macc. 1, 3. etc. quo cumprimis pertinent Nomina Vrbium in εια: vt Ἀλεξάνδρεια, Σελεύκεια etc. quae proprie ſunt Adiectiua foemin. à maſc. in ειος, ſubintellecto πόλις, adeoque Accentum in penultima requirebant. Neque tamen ſemper illa Accentus retractio obſeruatur: quo pertinent e. g. Διοτρεφὴς, 3 Ioh. v. 9. Μενεσθεὺς, 2 Macc. 4, 21. Φιλητὸς, 2 Tim. 2, 17. Negligitur quoque in Foemininis Denominatiuis in ὰς et ὶς: vt Ἡρωδιὰς, Ἀντιπατρὶς etc. ne confundantur cum Maſculinis in ας et ις.

§. III.

Eadem Nomina differentiae cauſa plerumque aliter ac *Appellatiua* flecti ſolent: PASOR l. c. in voc. Ἰάσων. Exempla ſunt Θυάτειρα, Act. 16, 14. Apoc. 1, 11. Κράτης, 2 Macc. 4, 29. Τρύφων, 1 Macc. 11, 54. etc.

§. IV.

In explicandis *Nominibus Propriis* origine Hebraicis bene obſeruanda eſt συςοιχία litterarum Hebraicarum et Graecarum: quam qui neglexerunt, multas falſas explicationes in medium protulerunt. Quomodo litterae Hebraicae à LXX Interpretibus aliisque Graecis exprimi ſoleant, pluribus docent HILLERVS in *Onomaſt. S.* p. 690. ſeq. DRVSIVS in *Alphabeto Veterum Hebraeorum*, et BERNHARDVS MONTFAUCON in Disquiſit. de *veteri litterarum Hebr. pronunciatione*, inſerta Tomo II. *Hexaplorum Origenis*, conf. IOH. CHR. WOLFII *Bibliotb. Hebr.* Vol. II. p. 6 5. Sic e. g. Hebr. ד Graeci efferunt per δ, ז per ζ, ט per τ, ת per ϑ, rarius per τ, צ per σ, rarius per τ; litteras *gutturales*

(a) Scholiaſtes PINDARI recentior ad *Olymp.* I. 38. Κύρια μὲν ὄντα παροξύνεται, οἷον Δημοσθένης, ἐπίθετα δὲ ὀξύνεται, οἷον μεγασθενὴς etc.

rales vel negligunt, praeſertim in medio vocum, vel per *Spiritus* ſuos exprimunt; rarius ח per χ, et ע per γ reddunt.

§. V.

Hebraeorum Vocales non vna ratione à Graecis veteribus pronunciantur. Quantum hac in re illorum pronunciatio à Maſorethica differat, pluribus videre eſt apud HILLERVM et BERNHARDVM MONTFAUCON l. c.

§. VI.

In *Nominibus* inſuper *Propriis*, ex lingua praeſertim Hebraica ortis, omnes fere Figurae Grammaticae *Orthographicae* regnant: vt *Proſtheſis* in Ἀερμὼν pro Ἑρμὼν, Sir. 24, 23. *Aphaereſis* in Βελμὲν vel Βελμαὶμ pro Ἀβελμαὶμ, Iudith. 4, 4. c. 7, 3. *Epentheſis* in Αἰσωρὰ pro Ἀσωρὰ, Iudith. 4, 4. *Diplaſiaſmus* in Δεββωρὰ pro Δεβωρὰ, Tob. 1, 8. *Syncope* in Ἰωακὶμ pro Ἰωϊακὶμ, Baruch. 1, 3. Iudith. 4, 6. *Paragoge* in Ἰεφθάε ab Hebr. יִפְתָּח, Hebr. 11, 32. (b) *Apocope* in Μαρία pro Μαριὰμ, Matth. 1, 16. 20. (c) *Synaloepbe* ſiue *Contractio* in Ἀπελλῆς pro Ἀπελλέας, Act. 16, 10. *Metatheſis* in Σαχερδονὲς pro Σαρχεδονὲς, Tob. 1, 21. 22. *Antitheſis* in Βερνίκη pro Φερνίκη, Act. 25, 13. etc. conf. noſtrum *Onom. V. T.* Sect. I. §. 7. et vid. l. c. MYLII Diſſert. de *Varietate Nominum Propr.* atque ALBERICI GENTILIS Diſputat. ad 1 Macc. 9. inſerta Tomo V. *Bibliorum Critic.* (d)

§. VII.

Nomina Propria, quae apud Hebraeos duabus conſtant vocibus, Graeci ſaepius in vnam contrahunt: vt Ἀρμαγεδδὼν, Βαλα-

(b) Huc praeſertim pertinet, quando in fine additur vel terminatio Graeca: vt in Ἀβρὼς pro Ἀβρὼ, Iudith. 6, 15. etc. coll. ſeq. §. 8. vel terminatio foeminina ſiue emphatica Chaldaica in α: vt Ἀδιδὰ pro Ἀδὶδ, 1 Macc. 12, 38. etc.

(c) Ad *Apocopen* quoque referri poteſt decurtatio illa *Nominum Propr.* de qua ſeq. §. 11.

(d) Hinc STRABO L. XVI. extremo: *Αἱ τῶν ὀνομάτων μεταπτώσεις, καὶ μάλιστα τῶν Βαρβαρικῶν, πολλαί.*

Βαλαμὼν, Βεελζεβὲλ, Βελμαὶμ etc. maxime cum Hebr. בֵּית con-ſtructa: vt Βαιθὴλ, Βαιθσὰν, Βαιθωρὼν etc. quae ſingula Sect. ſeq. ſuis locis recurrent.

§. VIII.

Graeci in efferendis *Nominibus Propr.* Hebraicis vt plurimum Hebraeorum tonum mutant, Syrorum potius ſequentes pronunciationem: vt Βηθλεὲμ, Matth. 2, 1. Luc. 2, 4. pro Βηθλέεμ, ab Hebr. בֵּית לֶחֶם, Syr. ܒܝܬ ܠܚܡܐ etc.

§. IX.

Iidem terminationem *Nominum Propr.* peregrinorum nunc ſeruant: vt Ἀσὴρ, Hebr. אָשֵׁר, Tob. 1, 2. Luc. 2, 36. nunc iuxta analogiam linguae ſuae formant: idque littera aliqua vel *abiecta*: vt Μαρία pro Μαριὰμ, vid. §. 6. vel *mutata*: vt Ἄννας pro Ἄνναν ſiue Ἀννὰν, Luc. 3, 2. vel littera aut ſyllaba *addita*: vt Ζαχαρίας pro Ζαχαρία, 1 Macc. 5, 18. Luc. 1, 5. Κάρμηλος pro Κάρμηλ vel Καρμὴλ, Iudith. 1, 7. etc. conf. SALMASII *Oſſileg. ling. Helleniſt.* p. 383.

§. X.

Graeci nomenclaturas, ex Hebraica lingua deſumtas, ad ſuae typum ſic effinxerunt, vt viderentur apud ſe natae: BOCHARTVS in *Canaan* L. I. c. 1. Exempla ſunt Κέδρων, Σίμων etc. conf. RELANDI *Antiquit. Hebr.* P. IV. c. 8. §. 2.

§. XI.

Syri et Hebraei *Nomina Propr.* aliarum gentium decurtare atque in *a* terminare ſolent, cui deinde Graeci nouam terminationem ex lingua ſua adiiciunt: vt ex Ἀρτεμίδωρος primum fit Ἀρτεμᾶ, et addita noua terminatione Graeca, Ἀρτεμᾶς, Tit. 3, 12. etc. conf. GROTIVS ad initium *Euangelii Lucae*, et WOLFIVS in *Curis Crit.* ad Rom. 16, 14.

Eiusmodi Nomina decurtata vulgo *Deminutiua* eſſe volunt, conf. FRANC. BVRMANNI *Exercitat. Academ.* P. II. §. 173. et

qui

Digitized by Google

qui plurima ex Graecis affert exempla, CANINIVS in *Helleniſmo* p. 229. ſeq. *plebeias* eſſe appellationes, iudicat Celeb. HEVMANNVS in *Poecil.* T. III. p. 314. *Nomina Propr.* Germanorum ſic mutilata adducit HILLERVS in *Onom. S.* p. 681. De *Nominum Propr. abbreuiatione* vid. pluribus ZORNIVS in *Miſcellan. Lipſ. Nou.* Vol. VII. P. 2. p. 210. 211. aliique ibi laudati.

§. XII.

Nomen Proprium, vt eius vis à Graecis intelligeretur, Graece expreſſum atque vox ea pro *Nomine Proprio* et ipſa vſurpata fuit: IOH. VORSTIVS in *Exercitat. Academ.* V. §. 13. et in *Miſcellan. Academ.* c. 12. Cuius rei exempla ſunt Θωμᾶς, Graece Δίδυμος, Ioh. 11, 16. c. 20, 24. c. 21, 2. Ταβιθὰ, Graece Δορκὰς, Act. 9, 36. 39. 40. etc.

§. XIII.

Syris et Iudaeis ex Graecorum et Macedonum contubernio *Nomina Propria* Graeca multa adhaeſerunt: BVRMANNVS l. c. §. 53. conf. SALMASIVS l. c. p. 383. ſeq. et in *Fun. ling. Helleniſt.* p. 73. I. B. OTTIVS in *Spicileg. ex Ioſepho* ad Ioh. 3, 1. et BARTHIVS in *Aduerſar.* L. II. c. 21.

§. XIV.

Vulgare fuit inter Iudaeos, vt inter ſuos Nomine Iudaico nuncuparentur, aſt inter ethnicos alio, vel illo in linguam ethnicam verſo, vel Nomine aliquo diuerſo: BVRMANNVS l. c. §. 63. vt *Ieſus* et *Iuſtus*, Col. 4, 11. etc. (e) conf. GROTIVS ad Act. 13, 9. BARTHOL. MAYERVS in *Philolog. S.* P. I. p. 238. ſeq. LAVR. NOR-

(e) Talmud. Hieroſolym. *Gittin* fol. 43. 2. *Iſraëlitae extra terram Iſraëliticam Nomina habent ſicut Nomina gentilium.* IOSEPHVS *Antiquit. Iud.* L. XII. c. 6. de filiis Simonis Pontificis: Ὁ μὲν Ἰησοῦς Ἰάσονα ἑαυτὸν μετωνόμασεν, ὁ δὲ Ὀνίας ἐκλήθη Μενέλαος.

NORMANNVS in Diſſert. de *Helleniſmo Iudaico* c. 2. §. 10. 1011. BRAVNIVS in *Selectis S.* p. 33. ſeq. I. A. FABRICIVS in *Bibliograph. Antiquar.* c. 20. §. 16. et in *Biblioth. Graec.* L. I. c. 29. §. 8. NOLDIVS in *Hiſtor. Idum.* p. 207. ſeq. BARTHIVS l. c. L. VII. c. 4. etc.

§. XV.

Nomina Propria ſaepe *Gentilibus* ſunt ὁμώνυμα: EVSTATHIVS ad HOMERI *Iliad.* II. 701. et *Odyſſ.* II. 15. vt Λυδία, Act. 17, 14. 40. Περσὶς, Rom. 16, 12. Id cumprimis obtinet in Nominibus *ſeruilibus*, (f) conf. I. C. WOLFIVS ad *Pſeudo-Orig. Philoſoph.* p. 19.

§. XVI.

Iudaei non raro ex Nominibus parentum Nomina ac Cognomina ſibi indiderunt: vt Βαρ Ἰωνᾶ, i. e. *filius Ionae,* Matth. 16, 17. Βαρτίμαιος, i. e. *filius Timaei,* Marc. 10, 46. etc. Talia Nomina, à parentibus deſumta, etiam aliae gentes amant: quo pertinent Septentrionalium *Iohnſon*, *Nicolſon*, *Thomſon* etc. conf. HICKESII Diſſert. VI. ad *Theſaurum linguarum ſeptentrional.* (g) Syri Nomina et Cognomina formare ſolent à parentum vitae inſtituto: vt *Bar Tabbache*, i. e. *filius lanionum*, *Bar Saphinin*, h. e. *filius nautarum*, etc. conf. Hebr. בן הרקחים Neh. 3, 8. Alia ratione Hebraei *Nomina Propria* formant ſub Forma *Patronymicorum*, conf. *Onomaſt. V. T.* p. 386. ſic Philiſthaeum לַחְמִי *oriundus ex patre* لَحَّام *magno mole*, i. e.

(f) Scholiaſtes THEOCRITI ad *Idyll.* V. 2. Εἰώθασι δὲ οἱ Παλαιοὶ τοῖς δούλοις ὀνόματα τιθέναι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν.

(g) Huc HILLERVS aliique quoque referunt exempla illa 1 Reg. 4, 8. 9. 10. 11. 13. conf. *Onom. V. T.* p. 253. Apud Auctores Graecos et Latinos diſſimulari eorum Nomina neque exprimi ſemper, qui idem Nomen cum parentibus erant ſortiti, notat IOH. HARTVNGIVS in *Locis Memorabil.* Decur. III. c. 8. §. 9.

Digitized by Google

i. e. *gigantis filius*, 1 Chron. 20, 5. Armenice diceretur *Skajuerdi*, h. e. *gigantis filius*: quod Nomen fuit Regis Armeniae, de quo I. I. SCHROEDERVS in Diſſert. de *lingua Armen.* c. I. §. 18. Latini eiusmodi Nomina expreſſerunt terminatione *Poſſeſſiua* inus: vt *Iuſtinus*, i. e. *Iuſti filius*, *Conſtantinus*, h. e. *Conſtantis filius*; ſic *Marcellinus*, *Martinus*, *Victorinus*, *Carolinus*, *Conradinus* etc. De ſimilibus veterum Germanorum in *Ing* vid. WACHTERI *Gloſſar. German.* in voc. *Ing*.

§. XVII.

Graeci et Romani ſaepe ex Nominibus Deorum Nomina aſſumſerunt: vt Ἀπολλώνιος, i. e. *Apollineus*, *Apollini proprius* ſiue *dicatus*, 1 Macc. 3, 10. Βακχίδης, h. e. *Bacchi filius*; 1 Macc. 7, 8. Δημήτριος, i. e. *Cerealis*, *Cereri proprius* ſiue *dicatus*, 1 Macc. 7, 1. Act. 19, 24. etc. Vide de hoc more, etiam aliis gentibus ſolenni, *Onom. V. T.* p. 484. 485. et conf. Celeb. I. A. M. NAGELII Diſſert. de *cultu Deorum ex Onomatotheſia illuſtri*, et de Hebraeis IOH. PETR. SCHWARZII Diſſert. de *Nominibus V. T. Propriis*, *religionis Hebraeorum monumentis*. (h) Eiusmodi Nomina, à Diis falſis petita, gentiles, Chriſtiani deinde facti, non depoſuerunt, obſeruante CVPERO in *Monumentis antiq.* p. 190.

§. XVIII.

In Nominibus *Regionum* et *Vrbium* vt plurimum ſubeſt *Ellipſis* Subſtantiuorum χώρα et πόλις: vt Ἀντιόχεια proprie eſt Adiectiuum foemin. (mutato tamen tono, ſec. §. 2.) à maſc. Ἀντιό-

(h) Primus ex *Nomine diuino* Nomen accepit *Mechujaël*, Iradi filius, Gen. 4, 18. cuius aetas in tempora Enoſi incidit: vt adeo haud abs re HILLERVS in *Onom. S.* p. 264. aliique huc referant verba Moſis Gen. 4, 26. quibus et ego acceſſi in *Onom. V. T.* p. 485. Contradicunt tamen E. F. NEVBAVER in Diſſert. de *varia indole Interpretum S. S.* p. 29. et IOH. GABR. PRIES in Diſſert. de *b. Lutheri verſione verborum* Gen. 4, 26.

'Αντιόχειος, h. e. *ad Antiochum pertinens*, *Antiocho dicatus*, Συρία proprie eſt Adiectiuum foemin. à maſc. Σύριος, i. e. *ad Syros pertinens*, *Syrorum proprius*, etc. Quam ſaepe χώρα et πόλις alias quoque omittatur, docet LAMBERTVS BOS in *Ellipſibus Graec.* p. 182. et 262. edit. nouiſſ.

§. XIX.

Notatu dignum eſt, quod in toto libro *Sapientiae* ne vnum quidem *Nomen Proprium* occurrat, etiam vbi maxime neceſſarium erat: vt adeo Auctor illius de induſtria *Nomina Propria* omiſiſſe videatur.

§. XX.

Denique quae *in Onomaſtico V. T.* Sect. I. adduximus, maximam quoque partem hic repetenda ſunt.

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO II.

QVA

NOMINA PROPRIA N.T.

ET

LIBRORVM APOCRYPHORVM

ORDINE ALPHABETICO

RECENSENTVR.

Digitized by Google

Digitized by Google

Sectio II.

QVA

NOMINA PROPRIA N. T. ET LIBRORVM APOCRYPHORVM V. T. ORDINE ALPHABETICO RECENSENTVR.

A.

Ἀαρὼν, Hebr. אַהֲרֹן i. e. *valde elatus*: (vid. *Onomaſt. V. T.* p. 332.) filius Amrami, ſacerdos ſummus, Sir. 36, 17. Eſr. Apocryph. 1, 13. 14. 1 Macc. 7, 14. Luc. 1, 5. Act. 7, 40. Hebr. 5, 4. etc.

Ἀβαδδὼν, Hebr. אֲבַדּוֹן *exitium totale*, (vid. *Arcan. Form. Nomin. Hebr.* p. 565. et 570.) metonymice *Cauſa Efficiens exitii*: nomen angeli mali myſticum, qui Graece Ἀπολλύων *perdens, perditor*, Apoc. 9, 11.

Ἀβαρὼν, vid. infra Ἀναρὼν.

Ἀβειρὼν, quomodo Graeci efferunt Hebr. אֲבִירָם h. e. *pater elatus*: (*Onom. V. T.* p. 451.) filius Eliabi, Sir. 45, 18. vid. LXX. Interpretes Num. 16, 1. c. 26, 9. etc.

Ἄβελ, Hebr. הֶבֶל (i) *vanitas*: (*Onom. V. T.* p. 164.) filius Adami natu ſecundus, Matth. 23, 35. Luc. 11, 51. Hebr. 11, 4. c. 12, 24.

Ἀβεσσαλὼμ, Graeci dicunt pro Hebr. אֲבִישָׁלוֹם *patris pax*, i. e. *natus in pace et tranquillitate patris*: (*Onom. V. T.* p. 452.) Legatus Iudaeorum, 2 Macc. 11, 17. c. 14, 20.

Cum terminatione Graeca dicitur

(i) LXX. Interpretes aliique Graeci (ֶ) prius *Nominum Propr. Segolatorum* per *a* efferre ſolent: vt *Lamech*, *Iared*, *Iapheth*. *Laſa*, *Thara* etc. conſiderant enim eiusmodi Nomina extra contextum orationis et quaſi in pauſa.

Ἀβεσσαλῶμος, quomodo nomen fuit patris Ionathanis cuiusdam, 1 Macc. 11, 70. c. 13, 11.

Ἀβιὰ, Hebr. אֲבִיָּה i. e. (cui) *pater* (eſt) *Dominus*: (*Onom. V. T.* p. 522. 523.) nomen 1) Regis Iudae, filii Rehabeami, Matth. 1, 7. 2) ſacerdotis primarii, Luc. 1, 5.

Ἀβιάθαρ, Hebr. אֶבְיָתָר (cuius) *pater ſuperſtes manſit*, matre ſcil. in partu exſtincta: (*Onom. V. T.* p. 452.) pontifex, filius Abimelechi, Marc. 2, 26.

Ἀβιληνὸς, *Abilenus*, Gentile ab Ἄβιλα, Hebr. אָבֵל, vrbe Coeleſyriae, de qua vid. RELANDI *Palaeſt.* p. 527. et CELLARII *Notit. Orbis antiq.* T. II. L. III. c. 12. §. 71.

Inde eſt foemin.

Ἀβιληνὴ, *Abilena*, ſcil. regio, coll. Sect. I. §. 18. cuius mentio fit Luc. 3, 1.

Ἀβιοὺδ, Hebr. אֲבִיהוּד *patris decus* ſiue *gloria*: (*Onom. V. T.* p. 333. et 449.) filius Zorobabelis, Matth. 1, 13. (k)

Ἀβισαΐ, filius Pinehaſi, Eſr. Apocryph. c. 8, 2. corrupte pro Hebr. אֲבִישׁוּעַ i. e. *patris ſalus* ſiue *auxilium*, coll. Eſr. Canon. c. 7, 5. vid. *Onom. V. T.* p. 452.

Ἄβουβος i. e. חָבוּב *dilectus*: pater Ptolemaei cuiusdam, 1 Macc. 16, 11. 15. Conuenit *Chabib* ſiue *Habib*, Nomen Propr. Arabibus et Syris vſitatum. Sed GROTIVS deriuat ab Hebr. אָבִיב *ſpica*, *ariſta virens*: quomodo conf. infra Στάχυς.

Ἁβραὰμ, Hebr. אַבְרָהָם *pater magnus turbâ*, vel *pater numeri copioſi*, conf. *Onom. V. T.* p. 451. et pluribus de h. n. IKENII *Diſſertat. Philolog. Theol.* p. 15. ſeq. Fuit patriarcha, filius Tharae, Tob. 4, 12. Sir. 44, 19. Sed in N. T. rectius ſcribitur cum Spiritu Leni Ἀβραὰμ, Matth. 1, 1. Luc. 1, 55. Rom. 4, 1. etc.

Ἀβρὶς,

(k) Ad Nominis rationem pertinet VALERII MAX. L. IV. c. 4. relatio de Cornelia, Gracchorum matre, quae matronae cuidam Campanae, *ornamenta* ſua pulcherrima oſtentanti, non aurum, non gemmas, non denique veſtes oppoſuit, ſed liberos, qui maxima matronis ſint *ornamenta*.

'Αβρὶς, Hebr. חֶבְרִי *conſociatio*, parentis ſcil. cum parente: filius Gothonielis, Iudith. 6, 15. qui Χαβρὶς vocatur c. 8, 10. c. 10, 6. De Iod finali vid. *Onom. V. T.* Sect. I. §. 8. et conf. ad Nominis rationem חֶבֶר et חֶבְרוֹן ibid. p. 165. et 335.

'Αβρωνᾶ, Iudith. 2, 24. idem fluuius eſſe creditur cum *Chabora*, infra Cercuſium in Euphratem influens, Profanis *Aboras*, *Aborras*, *Chaboras* etc. Hebr. חָבוֹר i. e. *qui aſſociatur*, ſcil. Euphrati, vid. *Onom. V. T.* p. 84.

"Αγαβος, Hebr. חָגָב *cicada*: (*Onom. V. T.* p. 397.) nomen prophetae, Act. 11, 28. c. 21, 10. Sic Arab. صدى, *locuſtae* ſpecies, etiam de *viro exilioris corporis* dicitur.

"Αγαρ, Hebr. הָגָר i. e. *meridies*, vel *nox*, Coptice *Aegar*, vid. *Onom. V. T.* p. 595. et *Addenda* fol. vlt. et conf. IABLONSKII Diſſert. in *Miſcellan. Lipſ. Nouis* Vol. VI. P. I. et eiusdem *Pantheon Aegypt.* L. I. c. 1. Fuit nomen ancillae Abrahami, Baruch. 3, 23. Gal. 4, 24. 25. (I)

'Αγγαῖος, Hebr. חַגַּי *exſultatio Domini*: (*Onom. V. T.* p. 554.) nomen prophetae, Eſr. 6, 1. c. 7, 3.

'Αγρίππας, Lat. *Agrippa*, i. e. (vt GELLIVS in *Noct. Attic.* XVI. 16. exponit,) *aegre partus*, qui ſcil. in naſcendo prius emittit pedes. Sed à Graec. ἀγρεῖν et ἵππος deducit SALMASIVS in *Exercitat. Plin.* c. 1. p. 23. *Agrippas*, Rex Iudaeae, Agrippae *Maioris* filius et frater Bernices, memoratur Act. 25, 13. 22. 23. 24. 26. c. 26, 1. 2. 7. etc. conf. A. GLAVCHII Diſſ. de *Rege Agrippa*.

'Αδὰμ, Hebr. אָדָם *terra*, vt Appellat. foem. אֲדָמָה, vel *pulcher*, ex Aethiop. (*Onom. V. T.* p. 98. et *Arcan. Form. Hebr.* p. 156.) nomen primi hominis, Tob. 8, 6. Sir. 40, 1. Luc. 3, 38. Rom. 5, 14. etc. *Adamus ſecundus* dicitur Chriſtus, 1 Cor. 15, 45.

"Αδαρ,

(I) De alluſione Apoſtoli l. c. ad Arab. חגר *lapis*, *petra*, vti volunt, vid. LE MOYNE ad *Varia S.* p. 834. ſeq. BOCHARTVS in *Phaleg* L. IV. c. 27. VAN DER WAEYEN in *Variis S.* p. 112. PFEIFFERVS in *Hebraicis et Exoticis N. T.* Loc. XLVI. etc.

Digitized by Google

Ἄδαρ, menſis Iudaeorum, Hebr. אֲדָר, ab *igne* ſic dicti, 1 Macc. 7, 43. 49. 2 Macc. 15, 36. Eſr. 7. 5. vid. *Onom. V. T.* p. 641. et *Arcan. Form Hebr.* p. 641.

Ἀδασὰ, Hebr. חֲדָשָׁה *noua*, q. d. *Neapolis*: (*Onom. V. T.* p. 99.) vrbs in tribu Iuda, 1 Macc. 7, 40. 45.

Ἀδδὶ, Hebr. עַדִּי i. e. *ſuſtentatio* ſiue *ſtatuminatio* (Dei), ex עַד ab עדד *ſuffulſit*, *ſtatuminauit*: quomodo conf. עֹדֵד in *Onom. V. T.* p. 424. Sed Syrus exprimit per אַדִּי h. e. *calamitas* ſiue *aerumna* (matris), ab אַד, cuius *Augmentatiua* ſunt אַדּוֹן et אַדָּן, ibid. p. 323. Fuit filius Koſami, Luc. 3, 28.

Ἀδιδὰ, Hebr. חָדִיד *acutus*, i. e. locus in montis *cacumine* ſitus: (*Onom. V. T.* p. 61.) vrbs Beniaminitarum, in monte ſita, (m) 1 Macc. 12, 38. c. 13, 13.

Ἀδουὴλ, Hebr. עֲדוּאֵל *decus* i. e. *laus Dei*, vt עֲדִיאֵל, quod vid. in *Onom. V. T.* p. 505. Fuit *Aduel* ille quidam ex maioribus Tobiti, Tob. 1, 1.

Ἀδραμυττηνὸς, *Adramyttenus*, Act. 27, 2. *Gentile* ab Ἀδραμύττιον ſiue Ἀδραμύττειον, vrbe Troadis ſiue Myſiae, de cuius nomine vid. BOCHARTI *Canaan* L. I. c. 8. de ſitu CELLARII *Notit. Orb. antiq.* L. III. c. 3. §. 23.

Ἀδρίας, proprie Adiectiuum eſt, formatum ab Ἀδρία vrbe ad Padum amnem in peninſula Rhodiginiana, olim *Atria*, hodie *Atri*. De Forma vocis vid. annotata infra ad Αἰνέας. Vocatur autem Ἀδρίας mare *Adriaticum*, Act. 27, 27. vbi ſubintelligitur κόλπος, quod et STRABO atque POLYBIVS ſubinde omittunt, alibi autem addunt.

Ἄδωρα, Hebr. אֲדוֹר *habitatio ſtabilis*, (*Onom. V. T.* p. 310.) vrbs Idumaeae, 1 Macc. 13, 20. Alia fuit Δωρᾶ, de qua infra ſuo loco.

Ἀερμὼν, mons in finibus Terrae S. Sir. 24, 13. Hebr. חֶרְמוֹן vel

(m) IOSEPHVS *Antiquit. Iud.* L. III. c. 11. de *Adida*: Ἥτις ἐπ᾽ ὄρους κειμένη τυγχάνει.

vel cum Articulo הַחֶרְמוֹן (n) i. e. *propugnaculum firmum*, vid. *Onom. V. T.* p. 337. et conf. LXX. Ioſ. 11, 3. 17. c. 13, 5. 11. etc.

Ἀζαῆλος, nomen viri, Eſr. 9, 14. Hebr. עֲשָׂהאֵל h. e. *fecit Deus*, (*Onom. V. T.* p. 507.) coll. Eſr. Canon. c. 10, 15. Sed aliud Ἀζαῆλος nomen viri Eſr. 9, 34. corruptum eſt ex עֲזַרְאֵל i. e. *opitulatus eſt Deus*, (*Onom. V. T.* p. 506.) coll. Eſr. Canon. c. 10, 41.

Ἀζαρχίας, auus Eſrae, Eſr. 8, 1. Hebr. עֲזַרְיָה, coll. Eſr. Can. c. 7, 1.

Ἀζαρίας, Hebr. עֲזַרְיָה i. e. *opitulatus eſt Dominus*: (*Onomaſt. V. T.* p. 541.) nomen 1) ſocii Danielis, 1 Macc. 2, 53. Cant. trium pueror. v. 1. 25. 62. 2) ducis Iudaeorum, 1 Macc. 5, 18. 56. 60. 3) ſacerdotis, Eſr. 9, 21. 4) Leuitae, Eſr. 9, 43. 48. Fuit et 5) hoc nomen ab angelo Raphaële aſſumtum, Tob. 5, 12. c. 6, 6. 13.

Ἀζώρ, i. e. Hebr. עֲזוֹר *auxilium*: filius Eliakimi cuiusdam, Matth. 1, 13. 14. conf. ſimilis argumenti *Nomina Propr. Hebr.* עֵזֶר vel עֶזֶר, עֶזְרָה, עֲזוּר etc.

Ἄζωτος, Hebr. אַשְׁדּוֹד (o) h. e. *expulſio*, *exilium*: (*Onomaſt. V. T.* p. 314.) vrbs Philiſthaeorum, quondam *exulum*, 1 Macc. 4, 15. c. 5, 65. c. 9, 15. Iudith. 2, 28. Act. 8, 40.

Ἀθῆναι, *Athenae*, vrbs Graeciae celeberrima, Act. 17, 15. 16. c. 18, 1. à *Minerua*, Graecis Ἀθήνη, quae vrbi huic praeſidere credebatur ibique impenſe colebatur. nomen nacta, conf. HYGINI *Fab. Poët.* c. 164. Sed à Phoenicio אתין, *aduenientes*, deducit

(n) Scilicet Articulus ה *Nominibus Propr. Locorum* quandoque addi ſolet: vt הָאָטָד Gen. 50, 10. 11. הַבְּשׂוֹר 1 Sam. 30, 9. הַחֲכִילָה 1 Sam. 23, 19. הֶחָלְק Ioſ. 11, 17. הַסִּירָה 2 Sam. 3, 26. etc.

(o) Hebraeorum שד per ζ ſic expreſſo, ſicut et Hebr. ז in σδ reſolui ſolet, e. g. in Ἔσδρας ab Hebr. עֶזְרָא, ſic in Ἐσδρηλὼν, Ἔσδρας etc. vnde argumentum peti ſolet pro pronunciatione litterae ζ per *sd*, conf. *Grammat. Graec. Marcb.* p. 48. et noſtra *Introduct. in linguam Graec.* Sect. II. c. 1. §. 12.

deducit HILLERVS in *Syntagm. Hermeneut.* p. 187. q. d. *aduenarum* vrbs.

Gentile eſt

Ἀθηναῖος, *Athenienſis*, 2 Macc. 6, 1. c. 9, 15. Act. 17, 21. 22.

Ἀθηνόβιος, *ex Minerua* i. e. *ſtudiis* (quibus Minerua praeeſſe putabatur,) *viuens*; ſicut in Appellatiuis ἁρπαξίβιος *ex rapto viuens*, συκόβιος *ficis victitans*, χειρόβιος *manibus* ſiue *manuum labore viuens* etc. Fuit *Athenobius* amicus Regis Antiochi, 1 Macc. 15, 28. 32. 35.

Αἴγυπτος, *Aegyptus*, regio Africae, Tob. 8, 3. Iudith. 1, 9. 1 Macc. 1, 16. Matth. 2, 13. Act. 2, 10. etc. Senſu myſtico ſumitur Apoc. 11, 8. Nominis etymon varie exponitur: vt vel ex Hebr. אִי, *inſula*, aut ex Graeco αἶα, *terra*, et ex *Copt* ſiue *Coptos*, vrbis illius regionis nomine; vel à Graeco αἴγυψ ſiue αἰγυπιὸς *niger*: quod pluribus defendit Ven. IOH. DIET. WINCKLERVS in *Diſquiſit. Philolog.* I. ex Hebr. אִי כַּפְתּוֹר (*inſula Caphtor*) deducit Celeb. D. HEINIVS in *Diſſert. S.* L. II. c. 6. conf. LIGHFOOTI *Manipul. Spicileg.* ex Exod. 12, 37.

Inde eſt Gentile

Αἰγύπτιος, *Aegyptius*, Iudith. 5, 12. Eſr. 8, 69. Act. 7, 22. c. 21, 38. etc.

Αἰθίοψ, *Aethiops*, i. e. *niger*, q. d. αἴθος τὴν ὄψιν, *aduſtus facie*, Act. 8, 27.

Inde eſt

Αἰθιοπία, *Aethiopia*, regio Africae, Iudith. 1, 10. Eſr. 3, 2.

Αἰνέας, nomen viri, Act. 9, 33. 34. à *graui* matris *partu* ſic dicti, ab αἰνὸς *grauis*: (p) quod nos docet HOMERVS *Hymn. in*

(p) Eiusdem Formae ſunt Ἀνδρέας, Χαιρέας, et apud Profanos Δημέας, Θεμιστέας, Μνασέας, Ὑθέας etc. Solent ſcil. Graeci in Appellatiuis ab aliis Nominibus, tum Subſtantiuis, tum Adiectiuis, deducere Denominatiua in έας, rarius in είας, (Ion. είης,) et αίας, rariſſime in ύας, (vt χαρακέας apud HESYCH. alias χαρακίας, ἐλέας, vt legendum eſt apud ARISTOPH. non ἐλαῖς, pro quo CALLIMACHVS dixit ἐλείας, vt annotat Scholiaſtes,) eaque eiusdem fere ſignificationis cum Adiectiuis Deriuatiuis in ιος, ειος, αιος et εος; niſi quod illa

in Vener. v. 199. 200. vbi de Aenea, ſuo ex Anchiſe filio, Venus:

Τῷ δὲ καὶ Αἰνείας ὄνομ' ἔσσεται, οὕνεκα μ' αἰνὸν
Ἔσχεν ἄχος, ἕνεκα βροτοῦ ἀνέρος ἔμπεσον εὐνῇ.

Sic in Appellatiuis dicitur αἰνοτόκος, *quae infeliciter peperit*, et αἰνότοκος *infeliciter genitus.* (q) Etymon tamen illud reiicit et potius nomen *Aeneae* deducit ab αἶνος, *laus*, IVL. CAES. SCALIGER *Poëtic.* L. III. c. 11. vnde et alii illud deriuare vulgo ſolent.

Αἰνών, Hebr. עֵינוֹן *fons magnus:* (*Onom. V. T.* p. 341.) nomen loci, vbi Iohannes baptizabat multumque aquae erat, Ioh. 3, 23. conf. de illo ZORNII *Opuſc. S.* T. II. p. 74. ſeq. *Bibliotb. Brem.* Claſſ. VII. p. 349. ſeq. et Ven. RATHLEFII *Theologus* de an. 1754. p. 706. ſeq.

Αἰσωρά, ex Hebr. חָצוֹר *ſeptus*, *vallatus* (locus), *munimentum:* vrbs in tribu Iuda vel Naphtali, Iudith. 4, 4. vid. *Onom. V. T.* p. 82. Sed IVNIVS intelligit צָרְעָה, de qua vid. ibid. p. 194.

Ἀκελδαμά, ex Chald. vel Syr. חֲקֵל דְּמָא *ager ſanguinis:* nomen agri prope Hieroſolymam, Act. 1, 19. Conf. pluribus de h. v. CHR. SCHLEGELII Diſſ. de *Hakeldama* ſiue *agro ſanguinis.*

Ἀκκαρών, Graeci dicunt pro Hebr. עֶקְרוֹן *migratio magna*, i. e. *turba migrantium magna:* (*Onom. V. T.* p. 343.) vrbs Philiſthaeorum, 1 Macc. 10, 89.

illa in ιος magis ſubſtantiue et in ſolo Maſculino vſurpentur, conf. de his Denominatiuis in ιος BVDAEI *Commentar. ling. Graec.* col. 1253. 1254. Atqui terminatio Adiectiuorum in εος orta eſt ex altera in ειος, excidente ι, (vnde et Lat. Adiectiua in *eus* nata ſunt: vt *aureus*, *argenteus* etc.) quod dialecto Atticae tribuit EVSTATHIVS, alii Ionicum vel poëticum eſſe volunt. Idem dicendum de Deriuatiuis in ιας: vnde Αἰνείας dicitur et Αἰνέας. Sicut igitur à σαπρὸς fit Denominatiuum σαπρίας, *vini* genus ex herbis in eo *putreſcentibus* confectum, καυλίας *ſuccus ex caule laſerpitii*, à καυλὸς etc. ſic ab αἰνὸς, *grauis*, fit Αἰνέας *graui partu editus.* Conf. infra Ἀπελλῆς.

(q) Veteres enim ſaepius Nomina liberis indidiſſe à *partus moleſtiis* aliisque natiuitatis circumſtantiis, notaui in *Onom. V. T.* Sect. I. §. 15. n. 8. Idem hodienum facere incolas inſularum Philippicarum, refert Auctor *Praeſentis Status Inſularum Philippicarum* c. 11.

Ἀκκὼς, Hebr. הַקּוֹץ *ſpina:* (*Onom. V. T.* p. 234.) pater Iohannis cuiusdam, 1 Macc. 8, 17. conf. LXX. Neh. 3, 4. 21.

Ἀκραβαττῖνες, *Gentile* formatum ab Hebr. עַקְרַבּוֹת, (pro quo Chaldaice in Statu Emphat. diceretur עַקְרַבְּתָא,) alias עַקְרַבִּים, nomine loci, à *ſcorpionibus* ſic dicti, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 476.

Inde eſt foemin.

Ἀκραβαττίνη, *Acrabattina*, ſcil. ditio, in finibus Idumaeae, 1 Macc. 5, 3. Alia fuit in Samaritide vel illi contermina, cuius mentionem faciunt IOSEPHVS de *bello Iud.* L. II. c. 25. L. IV. c. 33. et alibi, et PLINIVS L. V. c. 14. ab vrbe Ἀκραβαττὰ, eidem IOSEPHO memorata, Talmudicis עקרבת.

Ἀκύλας, Lat. *Aquila:* (r) Iudaeus, natione Ponticus, ad Chriſtianiſmum conuerſus, Act. 18, 2. 18. 26. Rom. 16, 3. 1 Cor. 16, 19. 2 Tim. 4, 19. Conf. כַּרְכַּס in *Onom. V. T.* p. 5̇8.

Ἄλεμα, 1 Macc. 5, 26. legendum videtur Ἀλεμὰθ, ex Hebr. עַלֶּמֶת i. e. *abſconſio*, *latibulum*, τοῖς LXX. Γαλεμὰθ, (ע per γ expreſſo,) eademque eſſe cum עַלְמוֹן, vrbe Moabitarum, non procul à Diblathaim, vnde *Almon Diblathaim* vocatur Num. 33, 46. vid. *Onom. V. T.* p. 342. Certe eadem vrbs עַלְמוֹן in tribu Beniamin etiam dicitur עַלֶּמֶת 1 Chron. 6, 45. coll. Ioſ. 21, 18.

Ἀλέξανδρος, *auxiliator virorum* ſiue *hominum:* Germanice diceres Ludolf i. e. Leuthülf, obſeruante CONR. DIETERICO in *Lex. N. T.* p. 78. Eiusdem tenoris eſt Appellatiuum Graec. ἀλεξήνωρ, epitheton Aeſculapii. Fuit *Alexander* 1) rex Macedoniae, cognomine *Magnus*, 1 Macc. 1, 1. 7. c. 6, 2. 2) rex Syriae, filius Antiochi Epiphanis, 1 Macc. 10, 1. 4. etc. 3) filius Simonis Cyrenaei, Marc. 15 21. Act. 19, 33. 4) vnus ex genere ſacerdotali, Act. 4, 6. 5) aurifaber apoſtata, 1 Tim. 1, 20. 2 Tim. 4, 14.

Ab

(r) Ἀκύλας tamen eſſe Lat. *Aquila*, negat HILLERVS: quia ſic ſcribendum foret Ἀκίλας vel Ἀκκίλας. Sed etiam Lat. *Aquilius* PLVTARCHVS exprimit per Ἀκύλιος, et *Aquileia* per Ἀκυληΐα, *Aquilonia* PTOLEMAEVS reddit per Ἀκυϊλωνία etc.

Digitized by Google

Ab Alexandro M. condita et nomen nacta eſt

Ἀλεξάνδρεια, *Alexandria*, vrbs Aegypti celeberrima, 3 Macc. 3, 1.

Vnde *Gentile*

Ἀλεξανδρεὺς, Act. 6, 9. c. 18, 24. et aliud Adiectiuum magis *Poſſeſſiuum* et Forma fere Latina

Ἀλεξανδρῖνος, Act. 27, 6. c. 28, 11.

Ἁλικαρνασσὸς, *Halicarnaſſus*, metropolis Cariae maritima, 1 Macc. 15, 23. ſec. *Etymolog. M.* ſic dicta διὰ τὸ πρὸς τῇ ἁλὶ τῆς Καρίας ᾠκίσθαι, q. d. *maritimi Caris habitatio*, ex ἅλιος, *maritimus*, Κὰρ, *Car*, et νάω, *habito*, cuius Aor. 1. νάσσα, in Med. ἐνασσάμην etc. vnde et nomen inſulae maris Aegaei *Eurynaſſa*, i. e. *lata habitatio*.

Ἄλκιμος, h. e. *aptus ad fortiter ſe gerendum*, ab ἀλκὴ *robur*, vel potius *aptus* et *propenſus ad propulſandum* atque *auxiliandum*, ab inuſit. ἄλκω *propulſo, auxilior*, vnde ſuperſunt ἄλξις, ἀλκτὴρ etc. (s) Iudaeus pontificatum affectans, 1 Macc. 7, 5. 9. c. 9, 1. 2 Macc. 14, 3.

Ἀλφαῖος, vid. infra Κλεόπας.

Ἀμαθῖτις, (t) *Hamathaea*, ſcil. regio, 1 Macc. 12, 25. Proprie Foemininum eſt à Maſc. *Gentili* Ἀμαθίτης, formato ab Hebr. *Gentili* חֲמָתִי *Hamathaeus*, τοῖς LXX. Ἀμαθί, Gen. 10, 18. quod eſt à חֲמָת, nomine vrbis Syriae, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 247.

Ἀμὰν, Hebr. הָמָן, i. e. Perſ. *ſolus*, ſcil. natus, ſine gemello, vel *vnicus*, *incomparabilis:* (*Onom. V. T.* p. 586.) Agagita, hoſtis Iudaeorum, Tob. 14, 10.

(s) Terminatio ſcil. Adiectiuorum Deriuatorum in ιμος, (orta, vt videtur, ex ἵημι vel ἵεμαι *permitto*, it. *cupio*,) *procliuitatem*, *poſſibilitatem* et *aptitudinem*, nec non *dignitatem* et q. d. *debitionem* exprimunt, idque vel *actiue* vel *paſſiue*, obſeruantibus THOM. MAGISTRO in ἀφίλιμον et BVDAEO in *Commentar. ling. Graec.* col. 1499.

(t) Non conuenit inter Grammaticos in accentuandis eiuſmodi Foemininis in ιτις, quae illi alicubi faciunt *Properiſpomena*, alibi *Penacuta*; ſed prior accentuatio analogiae magis congrua eſt: quia vltima breuis eſt, penultima autem longa.

Ἀμαρίας, filius Vſiae, Eſr. 8, 2. Hebr. אֲמַרְיָה *dixit* i. e. *promiſit Dominus*, vid. *Onom. V. T.* p. 525.

Ἀμβακὺμ, Graeci corrupte dicunt pro Hebr. חֲבַקּוּק i. e. *amplexationis continuae* Obiectum: (*Onom. V. T.* p. 137.) nomen prophetae. Hiſtor. Beli et Dracon. v. 33. 34. etc. vid. LXX. Hab. 1, 1.

Ἀμιναδάβ, Hebr. עַמִּינָדָב *gens ingenua* ſiue *nobilis:* (*Onom. V. T.* p. 475.) filius Arami ſiue Rami, Matth. 1, 4. Luc. 3, 33.

Ἀμμών, Hebr. עַמּוֹן *populus magnus:* (*Onom. V. T.* p. 342.) filius Loti ex filia, metonymice eius poſteri, Iudith. 1, 12. c. 5, 2. 5. 1 Macc. 5, 6. Pro Ἀμμὼν LXX. ſubinde habent Ἀμμάν, vt Gen. 19 38. Deut. 2, 19. etc.

Vnde formatum eſt *Gentile*

Ἀμμανίτης, *Ammonita*, Iudith. 14, 5. coll. c. 5, 5. et Foemin.

Ἀμμανῖτις, *Ammonitis*, *Ammonitica*, ſcil. regio, 2 Macc. 4, 26. c. 5, 7.

Ἀμοῤῥαῖος, *Gentile* ab Hebr. אֱמֹרִי *Emorraeus*, Iudith. 5, 15. vid. *Onom. V. T.* p. 375.

Ἀμπλίας, decurtatum ex integro Lat. *Ampliatus*, quomodo exſtat in Codice Alexandr. et Verſionibus nonnullis atque apud Patres Latinos. Fuit ille Pauli amicus, Rom. 16, 8. Ad nominis rationem conf. Hebr. נְפִישׁ in *Onom. V. T.* p. 62.

Ἀμφίπολις, *Amphipolis*, vrbs Macedoniae, Act. 17, 1. ſic dicta, vt CHR. CELLARIVS in *Notit. Orb. Antiq.* T. I. L. II. c. 13. §. 77. ex THVCYDIDE obſeruat, quod Strymonis oſtia eam *vtrinque circumfluant.*

Ἀμών, Hebr. אָמוֹן *valde extenſus* ſiue *auctus:* (*Onom. V. T.* p. 333. coll. p. 60.) rex Iudae, Matth. 1, 10.

Ἀμώς, Hebr. עָמוֹס *qui geſtatur* vel *geſtari ſolet:* (*Onom. V. T.* p. 83.) fuit 1) propheta, Tob. 2, 6. 2) alius, filius Nahumi, Luc. 3, 25. quod tamen etiam deduci poteſt ab Hebr. אָמוֹץ i. e. *robuſtus*, (*Onom. V. T.* p. 85.) coll. τοῖς LXX. Ieſ. 1, 1. etc.

Ἀναὴλ, Hebr. עֲנָאֵל *exaudiuit Deus*, ex ענה אל, pater Achiachari, frater Tobiti, Tob. 1, 21. conf. עֲנָיָה in *Onom. V. T.* p. 542.

Ἀνανίας,

Ἀνανίας, Hebr. חֲנַנְיָה (quem *gratioſe donauit Dominus:* (*Onom. V. T.* p. 530.) nomen 1) vnius ex ſociis Danielis, 1 Macc. 2, 59. Cant. 3 puer. v. 65. coll. Dan. 1, 6. etc. 2) mariti Sapphirae, Act. 5, 1. 3. 5. 3) viri Damaſceni, ad Saulum conuerſum miſſi, Act. 9, 10. 12. 13. 17. c. 22, 12. 4) Pontificis, Act. 23, 2. c. 24, 1. 5) filii Simei, Tob. 3, 13. vt Tobitus intellexit; ſed angelus hoc nomine v. 12. Deum ipſum intendit, q. d. *gratioſus eſt Dominus.* 6) ſacerdotis, Eſr. 9, 21. 7) aliorum virorum, Eſr. 9, 29. 43. 48.

Ἀνανιὴλ, Hebr. חֲנַנִי אֵל *gratioſe donauit me Deus*, (*Onom. V. T.* p. 408.) vel עֲנָנִי אֵל *exaudiuit me Deus:* (ibid. p. 410.) Naphtalita, filius Aduelis, Tob. 1, 1.

Ἀνδρέας, pro Ἀνδρείας, (quod NONNVS habet,) *virilis, fortis*, vt Adiectiuum Appellat. ἀνδρεῖος, coll. ſupra Ἀινέας. Fuit *Andreas* Apoſtolus, frater Petri, Matth. 4, 18. c. 10, 2. Marc. 1, 16. Luc. 6, 14. etc.

Ἀνδρόνικος, i. e. *viros vincens*, *virorum victor:* 1) praefectus regius, 2 Macc. 4, 31. 32. c. 5, 23. 2) cognatus Pauli, Rom. 16, 7. Ad nominis rationem conf. *Onom. V. T.* p. 459. not. (e)

Ἄννα, Hebr. חַנָּה *gratia*, *donum gratuitum:* (*Onom. V. T.* p. 210.) nomen 1) vxoris Tobiti, Tob. 1, 9. 20. c. 2, 1. etc. 2) prophetiſſae, filiae Phanuelis, Luc. 3, 36.

Ἄννας, ab Hebr. חָנַן (quem) *gratioſe dedit*, ſcil. Deus, vid. *Onom. V. T.* p. 407. (u) nomen ſacerdotis ſummi, Luc. 3, 2. Ioh. 18, 13. 24. Act. 4, 6. qui IOSEPHO Ἄνανος. Conuenit Syr. Nomen Propr. חננא, et Compoſ. חננישׁוע.

Ἀντιλίβανος, i. e. *mons Libano*, proprie dicto, *oppoſitus:* quo nomine vocatur pars Libani orientalior, Iudith. 1, 7.

Ἀντίοχος, HILLERO *qui oppugnat currum*, aliis *qui eſt pro vehiculo*, (quod prouerbialiter de *comite itineris facundo* dici ſolet,)

(u) Mutato vltimo *n* in *s*, ſicut in Ἰωνάθας pro Ἰωνάθαν, 2 Macc. 1, 23. Eodem modo *l* in *s* tranſit in *Hannibas* ſiue *Annibas* pro *Hannibal.* Geminatur ſimul *n* medianum, ſicut in Ἰωαννάν, Ἰωάννης etc.

let,) ex ἀντὶ et ὄχος *currus*, *vehiculum*. Malo ego referre ad ἀντέχω *reſiſto*, ſpecialiter *hoſtibus in bello:* (x) vnde Ἀντίοχος *qui reſiſtit*, ſcil. hoſtibus, *fortis*, *bellicoſus*, quod certe magis conuenit nomini regio. Fuit enim *Antiochus* 1) rex Syriae, cognomine *Magnus*, 1 Macc. 1, 10. 2) illius filius, cognomine *Epiphanes*, 1 Macc. 1, 10. c. 3, 27. c. 6, 1. 2 Macc. 1, 14. c. 2, 21. etc. 3) huius filius, cognomine *Eupator*, 1 Macc. 3, 33. c. 6, 15. c. 11, 39. 2 Macc. 2, 21. c. 9, 25. c. 10, 10. etc. 4) alius rex Syriae, Demetrii filius, 1 Macc. 15, 1. 5) pater Numenii cuiusdam, 1 Macc. 12, 16. c. 14, 22.

Ab Ἀντίοχος formatur foemin.

Ἀντιοχὶς, q. d. *Antiocha*, vel *ad Antiochum pertinens*, *Antiochi propria:* (y) nomen pellicis Antiochi Epiphanis, 2 Macc. 4, 30.

Indidem deſcendit

Ἀντιόχεια, *Antiochia*, metropolis Syriae, quam Seleucus Nicanor condidit et à patre *Antiocho* ſic vocauit, teſte IVSTINO L. XV. c. 4. (z) 1 Macc. 3, 37. c. 4, 35. c. 6, 63. Act. 11, 19. Gal. 2, 11. 2 Tim. 3, 11. etc. Alia *Antiochia* fuit in Piſidia, Act. 13, 14.

Gentile eſt

Ἀντιοχεὺς, *Antiochenus*, 2 Macc. 4, 9. 19. Act. 6, 5.

Ἀντίπα-

(x) Vnde paſſim ἀντέχειν τοῖς πολεμίοις vel πρὸς τοὺς πολεμίους, *hoſtibus reſiſtere.* Sic ἔξοχος, *excellens, eminens*, fit ab ἐξέχω *emineo*, μέτοχος, *particeps*, à μετέχω *partem habeo*, ὑπέροχος, *eminens, ſuperior*, ab ὑπερέχω *emineo, ſupero.* Iota ex ἀντὶ aſſeruatur, ſicut in ἀντιάνειρα, ἀντιάγχη, ἀντιάζων etc.

(y) Scilicet Foeminina Deriuata in ις, (orta procul dubio ex terminatione foemin. Hebr. ית, ſicut altera in ας ex Hebr. ה,) ab aliis Subſtantiuis Maſculinis formata, interdum exprimunt Subſtantiuum ſexus foeminini: vt βαλανὶς *balneatrix*, βασιλὶς *regina*, δουλὶς *ſerua*, ἡγεμονὶς, *imperatrix*, θεραπὶς *famula*, τυραννὶς *tyranni vxor*, etc. conf. infra Ἑλληνίς; interdum vero denotant Adiectiuum foemin. *Denominatiuum* ſiue *Poſſeſſiuum:* vt βουνὶς *collina*, ἑσπερὶς *occidentalis*, θριαμβὶς *triumphalis*, ἱππὶς *equeſtris*, κεραμὶς *figulina* ſiue *figularis*, Ἰωνὶς *Ionica*, νυμφὶς *ſponſalis*, φορτὶς *oneraria*, χρυσὶς *aurea* etc.

(z) Vnde *Seleuci*, Nicanoris *cognominati*, *opus* vocat EVNAPIVS in *Libanio*, et DIONYSIVS *Perieg.* v. 917.

Ἧχι περ Ἀντιόχοιο ἐπώνυμος Ἀντιόχεια.

Digitized by Google

Ἀντίπατρος, *Antipater*, i. e. *patri ſimilis*, ſicut in Appellatiuis ἀντίθεος *Deo ſimilis*, ἀντιάνειρα *viro ſimilis* etc. (α) Fuit filius Iaſonis, Iudaeorum ad Romanos legatus, 1 Macc. 12, 16. c. 14, 22. Alius fuit Herodis M. pater, à quo denominata eſt vrbs Samariae (β)

Ἀντιπατρὶς, Act. 23, 31.

Ex Ἀντίπατρος decurtatum eſt

Ἀντίπας, (ſicut Κλεόπας ex Κλεόπατρος,) nomen martyris, Pergami occiſi, Apoc. 2, 13. De ſenſu myſtico huius nominis vid. Berliniſche Hebopfer l. c.

Ἀπάμη, *forma, adſpectus*, (conf. Hebr. רוח, חזו etc. et de more foeminis imponendi nomina ſub forma *Abſtractorum*, *Onom. V. T.* p. 174. nót. ψ) à Perſ. فام *forma*, *adſpectus*, praemiſſa littera *A*, vt ſaepius in exoticis fieri ſolet, conf. *Onom. V. T.* p. 578. ibique add. Celeb. VRIEMOETI Diſſert. de *Schilo* p. 11. CASP. ABELI *Hiſtor. Monarch.* p. 431. 726. et L. C. VALCKENAERI Diſſert. de *voc. Byrſa* c. 3. p. 30. Fuit *Apame* filia Bartaci, pellex Darii, Eſr. 4, 29. Ab alia *Apame*, Seleuci Nicanoris vxore, denominata eſt Ἀπάμεια, *Apamea*, vrbs Syriae, cuius mentio fit in Verſ. Vulgat. Iudith. 3, 14.

Ἀπελλῆς,. Grammatici contractum volunt ex Ἀπελλέας, (ſicut Ἑρμῆς ex Ἑρμέας,) Formae Ἀινέας, Ἀνδρέας etc. Non eſt *Verbale* ab ἀπέλλω *ſecludo*, *arceo*, ſed *Denominatiuum* ab inuſit. ἀπελλὸς *niger*, *fuſcus*, (alias πελλὸς,) vnde et apud HESYCHIVM ἀπελλὸν *populus nigra*. Hominem ergo deſignat *facie fuſcum* ſiue *nigrum*, vel eum, *qui eſt ex genere et claſſe fuſcorum*, ſicut Appellatiua μαλακίας *hominem mollem*, à μαλακὸς, ἐρυθρίας *rubicundum*, ab ἐρυθρὸς, ὠχρίας *pallidum*, ab ὠχρὸς etc. conf. ſupra Ἀινέας. Fuit nomen viri Romani, Rom. 16, 10.

Ἀπολλο-

(α) Plura huius ſignificationis exempla contra WITSIVM in *Miſcellan. S.* T. I. p. 739. vid. in Berliniſchen Hebopfern T. II. p. 556.

(β) Ab Herode M. condita, vt eſſet τῷ πατρὶ μνημεῖον, teſte IOSEPHO de *bello Iud.* L. I. c. 16.

Digitized by Google

'Ἀπολλοφάνης, (retracto accentu pro 'Ἀπολλοφανὴς,) i. e. *qui Apollo eſſe videtur*, *Apollini ſimilis:* (γ) nomen viri, 2 Macc 10 37.

'Ἀπολλύων, *perdens*, *perditor*, Apoc. 9, 11. vid. ſupra 'Ἀβαδδών.

'Ἀπολλώνιος, *Apollineus*, i. e. *Apollini dicatus:* 1) praefectus Coeleſyriae, filius Thraſaei, 1 Macc. 3, 10. 12. c. 10, 69. 2 Macc. 3, 5. 7. 2) dux exercitus, filius Gennaei, 2 Macc. 12, 2.

Foemininum eſt

'Ἀπολλωνία, h. e. *Apollini dicata* ſiue *ſacra:* vrbs Macedoniae, Act. 17, 1. (δ) Ex 'Ἀπολλώνιος vel 'Ἀπολλόδωρος decurtatum vel contractum eſt

'Ἀπολλῶς, Iudaeus Epheſius, Chriſtianam religionem amplexus, Act. 18, 24. c. 19, 1. 1 Cor. 1, 12. c. 3, 4. 5. 6. 22. c. 4, 6. c. 16, 12. Tit. 3, 13. Conf. I. A. PFIZERI Diſſ. de *Apollone doctore Apoſtolico.*

'Ἀππίου φόρον, Lat. *Appii Forum:* (ε) oppidum Italiae haud procul Roma diſtans, Act. 28, 15. quod originem debuit *Appio Claudio Coeco*, Cenſori Romano, à quo et Via *Appia* nomen traxit. Conf. CHR. GOTTL. SCHWARZII Diſſert. de *Foro Appii et Tribus Tabernis.*

'Ἀπφία, Comicis recentioribus *heram* ſignificat, teſte POLLVCE L. III. c. 8. aliis ὑποκοριστικὸν eſt *ſororis*, q. d. *ſororcula.* HESYCHIVS: 'Ἀπφία, ἀδελφῆς ἢ ἀδελφῦ: HILLERO eſt Lat. *Appia*, i. e. *quae eſt de familia Appiorum*, quorum primus id nominis accepiſſe traditur ab *apii* corona, quam in Achaia meruit. Fuit autem *Apphia* illa vxor Philemonis, vti vulgo creditur, Philem. v. 2.

'Ἀπφῦς,

(γ) Sicut in Appellatiuis δουλοφανὴς *qui ſeruus eſſe videtur*, εἰδωλοφανὴς *ſimulacri ſpeciem habens*, ἡλιοφανὴς *ſolarem ſplendorem referens*, θηλυφανὴς *foeminae ſimilis*, ταυροφανὴς *tauro ſimilis* etc.

(δ) Similia vrbium Nomina, ab *Apolline* deſumta, ſunt e. g. *Apollonos* et *Apollonopolis*, vrbes Aegypti, *Apollinis*, oppidum Lydiae, *Apollinis Magna* et *Apollinis Parua*, oppida Aegypti, etc.

(ε) Lat. *Forum* frequens eſt in Nominibus vrbium Italiae: vt *Clodii Forum*, *Flaminii Forum*, *Forum Caſſii*, *Aurelii*, *Cornelii*, *Decii*, *Fuluii*, *Hadriani* etc. ſic vrbium Galliae: vt *Claudii Forum*, *Iulii Forum*, *Neronis Forum* etc.

Digitized by Google

'Απφοῦς, Hebr. חֲפוּשׁ i. e. *libertate donatus*, à חֹפֶשׁ *libertas*, vel אֲפִּיס q. d. *ceſſatio*, *finitio*, i. e. *vltimus filiorum*, ab אפס *deſiit*, *defecit*, *finitus eſt*, Chald. in Pah. *deficere*, *ceſſare fecit*. Fuit cognomen Ionathanis, filii Mattathiae natu minimi, 1 Macc. 2, 5.

'Αραβία, vid. ſtatim poſt Ἄραψ.

Ἄραδος, Hebr. אַרְוַד i. e. *ſtratum firmum*, *commoratio ſtabilis*: (*Onom. V. T.* p. 313.) inſula et vrbs in mari Phoenicio, 1 Macc. 15, 23. (ζ)

Ἀρὰμ, Hebr. אֲרָם *elatus*, *excellens*: (*Onom. V. T.* p. 104. 105.) filius Hezronis, Matth. 1, 3. 4. Luc. 3, 33. qui et Hebr. רָם Ruth. 4, 19. 1 Chron. 2, 9.

'Αραρὰθ, Hebr. אֲרָרַט i. e. *arcae diuerticulum*: (*Onom. V. T.* p. 457.) mons Armeniae, in quem arca Noachi diuertit, Tob. 1, 21. Aliam nominis ex Armenico expoſitionem ex MOSE CHORONENSI exhibet I. I. SCHROEDERVS in Diſſert. de *lingua Armen.* c. 4. §. 3.

Ἄραψ, (pro Ἄραβς,) *Arabs*, 1 Macc. 5, 39. c. 11, 17. c. 12, 31. Act. 2, 11. vnde Adiectiuum 'Αράβιος, cuius foemin.

'Αραβία, (ſcil. χώρα,) *Arabia*, regio Aſiae notiſſima, Iudith. 2, 25. 1 Macc. 11, 16 Gal. 1, 17. c. 4, 25. Hebr. עֲרָב, à *ſuauitate* aromatum odoriferorum, vid. *Onom. V. T.* p. 107. et add. ARRIANVS de *Expedit. Alexandri* L. VII. c. 20. CLERICVS ad Gen. 27, 27. et REIN. VERWEY in Diſſert. de *variis vnguentorum generibus* c. 1. deque eius rei cauſa STOCHOVIVS in *Itinerar.* p. 454.

Arabes Νομάδες, i. e. *in paſcuis agentes*, (à νομὸς *paſcuum*,) memorantur 2 Macc. 12, 11.

(ζ) Hodie appellatur *Ruwadde*: de qua SCHAW in *Itinerar.* T. II. p. 5. *Promittit e longinquo munimenta inexpugnabilia, ſed hoc tribuendum altitudini rupium, quibus inaedificata fuit.* Eſt enim πέτρα περίκλυστος — *habitationibus plena*, dicente STRABONE.

Ἄρβαττα, ων, formatum ab Hebr. עֲרָבוֹת *loca campeſtria*, 1 Macc. 5, 23. pro quo Chald. in Statu Emphat. diceretur עַרְבְּתָא.

Ἄρβηλα, ων, oppidum Galilaeae, 1 Macc. 9, 2. à *ſpeluncis* ſic dictum, Hebr. בֵּית אַרְבֵּאל, vid. *Onom. V. T.* p. 494. et conf. LIGTFOOTI *Centur. Chorograph.* Matthaeo praemiſſ. c. 85.

Ἄρειος, *Martius*, *Martialis*, ab Ἄρης *Mars*, vid. infra Δαρεῖος. Sed

Ἄρειος πάγος, *Martius collis* ſiue *ſcopulus*, locus fuit Athenis, vbi iudicium ſupremum habebatur, Act. 17, 19. 22. à *Marte* vel *Martis templo* ſic dictus; prout etiam occurrit Κρόνου πάγος, Πανὸς πάγος, Ποσειδῶνος πάγος etc.

Inde eſt Denominatiuum

Ἀρεοπαγίτης, (pro Ἀρειοπαγίτης, ex dialecto Attica, qua ex Diphthongo ει abiicitur *Subiunctiua* ι,) *Areopagita*, i. e. *in Areopago verſans* et *occupatus:* (η) aſſeſſor illius iudicii, Act. 17, 34.

Ἀρέτας, nomen duorum Regum Arabiae, 2 Macc. 5, 8. 2 Cor. 11, 32. non eodem modo exponitur. RELANDVS de *vet. lingua Perſ.* §. 23. refert ad Perſ. *Arta* i. e. *magnus;* HILLERVS idem eſſe putat cum Arab. حَارِثٌ *leo:* quod etiam nomen fuit Regis Hirenſium, ſicut et ſynonymum حَرِثٌ nomen fuit aliquot viris commune, conf. POCOCKII Notae ad *Specimen Hiſtoriae Arab.* p. 76. ſeq. Rectius Celeb. C. B. MICHAELIS in Diſſert. *qua Naturalia et Artificialia quaedam Codicis S. ex Alcorano illuſtrantur*, p. 25. idem eſſe docet cum Arab. أَرِيطٌ, quod nomen Arabum reges adamauerunt.

Ἀριαράθης, i. e. *valde magnus*, ex Perſ. *Ari*, h. e. *valde*, (Graec. ἀρι et ἐρι,) et *Artha* ſiue *Arta*, h. e. *magnus*, vid. *Onom. V. T.*

(η) Sicut in Appellatiuis ἐρημίτης *in ſolitudine verſans*, λιμενίτης *in portu verſans* etc. it. δικελλίτης *foſſor, ligone occupatus*, τεχνίτης *artifex, arti operam dans*, etc.

V. T. p. 582. 583. Fuit nomen regis Cappadociae, 1 Macc. 15, 22. Conuenit nomen regis Armeniae *Arai Araiades* apud MOSEN CHORONENSEM.

Ἀριμαθαία, ab Hebr. רָמָתַיִם vel הָרָמָתַיִם, (τοῖς LXX. Ἀρμαθαὶμ 1 Sam. 1, 1.) cum terminatione Graeca: vrbs Iudaeae, patria Ioſephi, ab *altitudine ſitus* ſic dicta, (ϑ) Matth. 27, 57. Marc. 15, 43. Luc. 23, 51. Ioh. 19, 38.

Ἀρίσταρχος, i. e. *optime imperans* vel *magiſtratum gerens:* (vnde Verbum ἀριστραρχέω *optime impero,*) Macedo, comes Pauli, Act. 19, 29. c. 20, 4. c. 27, 2. Col. 4, 10. Philem. v. 24. Nomen vel boni ominis ergo impoſitum, vel a principe deſumtum, coll. de Nominibus, à *Regum* Nominibus peti ſolitis, *Onom. V. T.* p. 359.

Ἀριστόβουλος, *cuius optimum eſt conſilium, optime conſulens:* 1) Regis Ptolemaei Phyſconis magiſter, 2 Macc. 1, 10. 2) alius, cuius familiam ſalutat Paulus, Rom. 16, 10.

Ἀριὼχ, (quidam codices habent Ἐιριὼχ,) h. e. *leo*, Chald. אַרְיוֹךְ: (*Onom. V. T.* p. 567.) Rex Elymaeorum, Iudith. 1, 6.

Ἀρμαγεδδὼν, nomen loci myſticum, Apoc. 16, 16. ex Hebr. עַר מְגִדּוֹן *vrbs Megiddo*, (עַר *vrbem* notare, patet ex plur. עָרִים *vrbes*,) aliis ex הַר מְגִדּוֹן *mons Megidduntis*. Vid. *Onom. V. T.* p. 354. et conf. AVG. PFEIFFERI *Hebraica et Exotica N. T.* Loc. 49.

Ἀρσάκης, pro Ἀρτσάκης, i. e. *magnus rex*, ex Perſ. *Art* h. e. *magnus*, et شَاه (quod efferunt *Schach*,) *rex;* HILLERO ex *Ari* h. e. *magnus*, et *Saca* i. e. *Scytha*, q. d. *magnus Scytha*, vid. *Onom. V. T.* p. 483. Fuit nomen primi Regis Parthorum, à quo omnes

 eius

(ϑ) Exſtat quidem hodienum *Rama* inter Ioppen et Hieroſolymam, in *planitie* ſita; olim tamen longius porrectam, *locum excelſum* occupaſſe, tradunt quidam apud TROILVM in *Itinerar.* p. 84. quin RAVCHWOLFFIVS in *Itiner.* P. III. c. 2. et STAMMERVS in *Itiner.* p. 151. teſtantur, *Ramam* illam ſuperſtructam eſſe *colli in planitie ſito*, vel, vt MONCONYSIVS in *Itiner.* p. 300. habet, *planitiei decliui.*

eius ſucceſſores *Arſacidae* vocati ſunt. Occurrit 1 Macc. 14, 2. 3. c. 15, 22. vbi intelligitur *Arſaces* ille, cuius Proprium Nomen fuit *Phraates.*

Ἀρσινόη, i. e. *elata animo:* (ι) ſoror et vxor Ptolemaei Philopatoris, 3 Macc. 1, 1. 4.

Ἀρταξέρξης, rex Perſiae, Eſr. 2, 16. 17. 30. c. 7, 4. Hebr. אַרְתַּחְשַׁשְׂתְּא h. e. *magnus gloria belli*, vid. *Onom. V. T.* p. 583.

Ἀρτεμᾶς, decurtatum ex Ἀρτεμίδωρος i.e. *Dianae donum:* (κ) amicus Pauli, Tit. 3, 12.

Ἄρτεμις, h. e. *magna mater:* nomen Dianae, *magnae* illius Epheſiorum *Deae*, Act. 19, 24. 27. 28. 34. 35. ex *Art* vel ἀρτὰς *magnus*, (vid. *Onom. V. T.* p. 582. 583.) et Μᾶ *mater*, (Syr. *emmo*,) quo nomine Lydos heae taurum immolaſſe, teſtis eſt STEPHANVS *de Vrb.* in Μασαῦρα. Dianam enim, Cererem, Rheam et Cybelen, quae alias *Magna Mater* et *Mater Deorum*, eandem eſſe Deam iam dudum obſeruatum eſt eruditis, vnde et Diana πολυώνυμος vocabatur, conf. SPANHEMIVS ad CALLIMACHVM p. 129. Eadem *Mater Deum* dicitur Μαῖα i. e. *mater*, *nutrix*, conf. SELDENVS de *Dis Syr.* Syntagm. II. c. 2. et Diana *Mater* audit in veteri lapide apud GRVTERVM XLI. 5. ſub nomine παιδοτρόφου apud Meſſenios culta, teſte PAVSANIA in *Meſſen.* vnde et mammoſa fingebatur, conf. SPANHEMIVS l. c. p. 128. et SAL. *van* TILL *Iſagog. in Epiſt. ad Corinth.* p. 144. ſeq. Certe HIERONYMVS in Prooemio in *Epiſt. ad Epheſ.* duarum Dianarum mentionem facit: *multimammiae*, quae fuerit Epheſia et *venatricis.* Vid. pluribus de h. n. AVG. ESMARCHII Disquiſit. de *Artemide Epheſiorum.*

Ἀρφαξάδ,

(ι) Cuius Maſculinum foret ἀρσίνοος, (ex ἄρσις *elatio*, et νῦς,) quod EVSTATHIVS ad HOM. *Iliad.* XI. 625. exponit ὑψηλόνους, διὰ τὸ μετάρσιον τῦ νῦ.

(κ) Id ſubinnuit VARRO de *lingua Lat.* L. VII. c. 9. inquiens: *Tres cum emerunt Epheſi ſingulos ſeruos, nonnumquam alius declinat nomen* (ſerui) *ab eo, qui vendit*, Artemidorus, *atque* Arteman *appellat* etc.

'Αρφαξὰδ, Hebr. אַרְפַּכְשַׁד i. e. *diffuſio* (familiae) *maxima:* (*Onom. V. T.* p. 438.) nomen 1) filii Semi, Luc. 3, 36. 2) regis Mediae, Iudith. 1, 1. 5. 13. 15.

'Αρχέλαος, i. e. *rector* ſiue *princeps populi:* filius Herodis M. Tetrarcha Galilaeae, Matth. 2, 22.

"Αρχιππος, *rector equorum, qui equos regere nouit:* Pauli commilito, Col. 4, 17. Philem. v. 2. conf. Celeb I. A. DIETELMAIRI Diſſert. de *Archippo*, et ad Nominis rationem infra Φίλιππος.

'Ασὰ, Hebr. אָסָא (quem) *ſanauit*, ſcil. Deus: (*Onom. V. T.* p. 406.) rex Iudae, filius Abiae, Matth. 1, 7. 8.

'Ασαβίας, Hebr. חֲשַׁבְיָה h. e. *colligauit Dominus*, ſcil. parentes: (*Onom. V. T.* p. 531.) Leuita quidam primarius, Eſr. 1, 9. coll. 2 Chron. 35, 9.

'Ασαδίας, Hebr. חֲסַדְיָה *miſericors fuit* vel *miſericordem ſe exhibuit Dominus:* (*Onom. V. T.* p. 531.) filius Chelkiae, Baruch. 1, 1.

'Ασὴρ, Hebr. אָשֵׁר *felix, beatus:* (*Onom. V. T.* p. 31.) filius Iacobi patriarchae, metonymice eius poſteri, Tob. 1, 2. Luc. 2, 36. Apoc. 7, 6.

'Ασία, ab Hebr. חֲצִי *medium*, vti BOCHARTVS in *Phaleg* L. IV. c. 33. HYDE ad PERITSOLIS *Itinera mundi* p. 15. aliique volunt. Eſt enim proprie orbis *pars media* Africam inter et Europam, quam vulgo *Aſiam Minorem* appellant, 1 Macc. 8, 6. c. 11, 13. 2 Macc. 3, 3. Act. 2, 9. c. 6, 9. c. 16 6. etc. quod nominis deinde ad totam *Aſiam*, orbis partem praecipuam, extenſum eſt.

'Ασιδαῖοι, pl. viri *pii*, verae religionis tenaces, in libris Iudaeorum paſſim חֲסִידִים i. e. *pii*, 1 Macc. 7, 13. 2 Macc. 14, 6. et ſecundum quosdam codices 1 Macc. 2, 42. Plura de *Haſidaeis* eorumque nomine vid. apud DRVSIVM in peculiari Tractatione, Tomo V. *Bibliorum Criticorum* inſerta.

'Ασιὴλ, Hebr. עֲשִׂיאֵל *factum Dei;* (*Onom. V. T.* p. 500.) LXX. tamen etiam pro Hebr. יַחְצִיאֵל Gen. 46, 24. Num. 26, 48.

et

et pro יַעֲשִׂיאֵל ſec. codicem Alexandr. 1 Chron. 27, 21. habent Ἀσιὴλ. Fuit nomen Naphtalitae cuiusdam, Tob. 1, 1.

Ἀσκάλων, Hebr. אַשְׁקְלוֹן *migratio magna*, h.e. *turba migrans magna:* (*Onom. V. T.* p. 314. et 333.) vrbs Philiſthaeorum, Iudith. 2, 28. 1 Macc. 10, 86. c. 11, 60. c. 12, 33. Conf. ſupra Ἄζωτος. Ad vtriusque vrbis etymon reſpicitur Zephan. 2, 4.

Ἀσμοδαῖος, Chald. אַשְׁמְדַי q. d. *exitialis*, (vid. Targum Eccleſ. 1, 12. et conf. LIGTFOOTI *Hor. Hebr.* ad Luc. 11, 15.) à שמד *perdidit*. Alii deducunt à Perſ. آزمودن *tentare*, vt *tentatorem* denotet, conf. RELANDI Diſſert. de *Perſicis Talmudis* §. 23. Nomen eſt daemonis ex mente Iudaeorum, Tob. 3, 8. 17. vid. BVXTORFFII *Lex. Talmud.* col. 237.

Ἄσσος, vrbs Myſiae Maioris ad ſinum Adramyticum, Act. 20, 13. 14. ſic dicta, quod fuerit ἄσσον i. e. *prope*, ſcil. ad mare. Sed CHYTRAEVS in *Onomaſt. Theolog.* p. 103. deriuat ab Hebr. אשש *firmus, ſolidus fuit*, quod fuerit ἐρυμνὴ καὶ εὐτειχὴς ἀπὸ θαλάσσης καὶ λιμένος, dicente STRABONE L. XIII.

Ἀσσοὺρ, Hebr. אַשּׁוּר *progreſſus* i. e. *incrementum*, ſcil. familiae: (*Onom. V. T.* p. 266.) filius Semi, metonymice eius poſteri, *Aſſyrii*, Iudith. 2, 14. c. 5, 1. Inde eſt *Gentile*

Ἀσσύριος, (pro Ἀσσούριος, tanquam ab אַשּׁוּר,) *Aſſyrius*, Iudith. 1, 1. c. 2, 1. 1 Macc. 7, 41. Eſr. 5, 69. etc.

Ἀστυάγης, nomen regis Medorum, in Hiſtor. Beli et Drac. v. 1. quod LA CROZIVS in *Hiſtor. Chriſtianiſmi Armen.* p. 330. idem eſſe putat cum Armen. *Aſtvades* h. e. *Deus*. (λ) Sed quia durior eſt mutatio litterae *d* in *g*, equidem idem eſſe putem cum Perſ. اژدهاك nomine cuiusdam regis Perſarum, formato ab اژدها *draco, ſerpens*, vnde et nomen *Aſtyagis* Armenice ſcribitur *Aſchdahak*. Sic *Arwe*, h. e. *ſerpens*, nomen fuit primi Aethiopiae regis. Conf. Hebr. נָחָשׁ in *Onom. V. T.* p. 397.

Ἀσύγκριτος,

(λ) Talia enim Nomina Perſarum aliarum gentium Orientalium Reges adamaſſe, patet ex Nomine *Codomannus*, i. e. خدا همان *Deus ſolus*. Conf. de more illo *Onom. V. T.* p. 484.

'Ἀσύγκριτος, i. e. *incomparabilis:* nomen viri Romani, Rom. 16, 14. Conf. de eiusmodi *Verbalibus* in τος infra 'Ἐπαίνετος.

'Ἀσύηρος vel 'Ἀσήρος, ex אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ, (quod LXX. efferunt 'Ἀσσύηρος Eſr. 4, 6. Dan. 9, 1.) i. e. *maieſtas principis: princeps maieſtate praeditus:* (*Onom. V. T.* p. 579.) nomen regis Perſarum, Tob. 14, 15.

'Ἀσφὰρ, nomen putei, 1 Macc. 9, 33. ab *aqua limpida* ſic dicti, coll. rad. Arab. ספר *nituit, ſplenduit*, vnde et סַפִּיר deſcendit. IVNIVS lacum *Aſphaltiten* intelligit, contendens, Syris *Aſphar* ſiue *Aſpharta* ſignificare *bitumen:* quod tamen recte in dubium vocatur à GROTIO ad l. c. neque etiam λάκκος *lacum*, ſed *puteum* denotat.

'Ἀτεργατεῖον, i. e. *templum Deae Atergates*, 2 Macc. 2, 26. (μ) Fuit autem 'Ἀτεργάτη, quae etiam 'Ἀτεργάτις et Δερκετὼ, Dea Aſcalonitarum, eademque cum Dagone fuiſſe putatur.

'Ἀτθαρίας, Eſr. 5, 40. corruptum eſt ex הַתִּרְשָׁתָא h. e. *ſeuerus*, coll. Eſr. Canon. c. 2, 63. vid. de illo Nomine *Onom. V. T.* p. 593. et *Arcan. Form. Hebr.* p. 676. Pro eo recurrit 'Ἀτθαράτης, Eſr. 9, 49.

'Ἄτταλος, geminato τ, (ſicut in ipſo Verbo ἀττάλλω, alias ἀτάλλω,) et retracto accentu, pro ἀταλὸς i. e. *tener*. Sed à German. edel, veteribus Anglo-ſaxonibus *ethel*, h. e. *nobilis*, deriuat WACHTERVS in *Gloſſar. German.* ſub voc. Edel. Conuenit ſic Arab. أصل et أثل *nobilis fuit*, vti obſeruat HINCKELMANNVS in Praefat. ad *Alcoran.* p. 60. *Ignobilitatem* tamen *Attalorum* quod carmine perſtrinxiſſet, Daphidam Attali iuſſu de ſaxo praecipitatum, referunt STRABO L. XIV. et VALERIVS MAXIMVS

(μ) Sicut à Βάκχος fit Βακχεῖον *templum Bacchi*, 'Ἀσταρτεῖον *templum Aſtartes*, apud LXX. 1 Sam. 31, 10. etc. Adiectiua enim Neutra in εῖον, (immo et in ιον,) ſubſtantiue ſic vſurpata, notare *Locum, in quo*, ſiue *Receptaculum*, obſeruant ERASM. SCHMIDIVS ad PINDARI *Nem.* p. 260. et PHIL. CATTIERVS in *Gazophylacio Graec.* p. 28. Περιεκτικὰ ea vocat EVSTATHIVS ad HOM. *Odyſſ.* I. 1. XI. 538. et alibi,

E

MVS L. I. c. 8. *Attalus* rex Pergami, cognomine *Philadelphus*, memoratur 1 Macc. 15, 22.

Ab eo, teſte STRABONE, condita et vocata eſt

'Αττάλεια, vrbs Pamphyliae, Act. 14, 25.

'Αυαρὰν, i. e. חַוְרָן *valde albus:* (IOSEPHVS habet 'Αυρὰν, ex חַוְרָן,) cognomen fuit Eleazari, filii Mattathiae, 1 Macc. 2, 5. pro quo recurrit 'Αβαρὰν c. 6, 43. vbi vulgo legitur Σαυαράν.

'Αυγȣ̃ςος, Lat. *Auguſtus*, ab *augeo;* (v) aliis ab *augur* ſiue *augurio*, ſicut à *robur* fit *robuſtus*. Nomen eſt ab Octauio Caeſare aſſumtum, Luc. 2, 1.

'Αφαίρεμα, nomen vrbis, 1 Macc. 11, 34. IOSEPHO 'Αφέρειμα, i. e. חֲפָרַיִם *puteus geminus*, (conf. aliud Ioſ. 19, 19.) HILLERO עֶפְרַיִם, alias עֶפְרַיִן, ab *binnulis*, ſec. Kri 2 Chron. 13, 19. vid. *Onom. V. T.* p. 186. et 342. et conf. pluribus de hac vrbe RELANDI *Palaeſt.* p. 178.

'Αχαζ, Hebr. אָחָז i. e. (quem) *apprehendit*, ſcil. Dominus: (*Onom. V. T.* p. 406.) filius Iothami, rex Iudae, Matth. 1, 9.

'Αχαιοὶ pl. Graeciae populi, ſic dicti putantur à Phoenicio ſiue Chaldaico אַחַיָּא *fratres:* quo nomine Aegyptiorum et Phoenicum poſteri docere voluerunt, ſe reliquorum Graecorum, Ionum ſcilicet, Hellenum et Aeolum, *fratres* adeoque neutiquam hoſtili odio tractandos eſſe, dicente CASP. ABELO in *Hiſtor. Monarch.* L. II. c. 1. §. 15.

Inde Adiectum *Gentile* foret 'Αχαῖος, foemin. 'Αχαΐα, pro quo contractius dicitur

'Αχαΐα, *Achaia* regio, Act. 18, 12, 27. c. 19, 21. Rom. 15, 26. 1 Cor. 16, 15. etc.

Hinc vero eſt Poſſeſſiuum

'Αχαϊκὸς, *Achaicus*, i. e. *ad Achaeos pertinens*, *Achaeorum proprius:* nomen viri, 1 Cor. 16, 17. 25.

'Αχεὶμ,

(v) Quod Verbum *ſacrorum* eſt, vt *mactare*, *adolere*, *immolare:* hinc *Auguſtus* pro *ſancto* et *conſecrato*, quaſi ab ἅγιος, conf. D. HEVMANNI *Poecil.* P. II. p. 141. et SCHVRZFLEISCHII Diſſert. de *titulo Auguſti*.

Ἀχεὶμ, quidam codices habent Ἀχὶμ, à Chald. חַכִּים *ſapiens*. Sed LXX. Hebr. יָכִין efferunt Ἀχὶμ, 1 Chron. 24, 17. alibi vero Ἀχὶν vel Ἀχεὶν, vt Gen. 46, 10. Fuit *Achim* filius Zadoki cuiusdam, Matth. 1, 14.

Ἀχιάχαρος, *frater tarditatis*, i. e. *tarde natus*, ex אַח *frater*, et אחר *tardari*, *morari:* filius Anaëlis, Aſarhaddoni à rationibus, Tob. 1, 21. 22. c. 2, 10. c. 11, 18. c. 14, 10. conf. Hebr. אַחְרַח pro אַחְחַר, ex אח אחר, in *Onom. V. T.* p. 456.

Ἀχιτώβ, filius Amariae, Eſr. 8, 2. Hebr. אֲחִיטוּב *fratris* (ſcil. parentis) ſiue *patrui bonum*, conf. *Addenda* ad *Onom. V. T.* fol. penult.

Ἀχιώρ, ex Hebr. אֲחִי אוֹר *frater lucis*, i. e. *ſub lucem natus:* (Latini *Lucium* vocant:) nomen Ammonitae, Iudith. 5, 5. 22. c. 6, 1. etc. conf. ſimile אֲחִישָׁחַר in *Onom. V. T.* p. 455. Sed LXX. Hebr. אֲחִיהוּד extulerunt per Ἀχιὼρ Num. 34, 27.

Ἄψινθος, *abſinthus*, *abſinthium:* nomen myſticum ſtellae, Apoc. 8, 11.

B.

Βάαλ, Hebr. בַּעַל *dominus:* (*Onom. V. T.* p. 159.) nomen deaſtri, Tob. 1, 5. Rom. 11, 4.

Βαβυλὼν, ab Hebr. בָּבֶל *confuſio*, ſcil. linguarum, (*Onom. V. T.* p. 134.) cum terminatione Graeca: nomen vrbis, in qua linguarum *confuſio* accidit, Baruch. 1, 1. Matth. 1, 11. Act. 7, 43. 1 Petr. 5, 13. ſenſum myſticum habet Apoc. 14, 8. c. 16, 19. etc.

Inde eſt Adiectiuum *Gentile*

Βαβυλώνιος, *Babylonius*, in Epiſt. Ierem. v. 1. 2. Hiſtor. Beli et Drac. v. 3. 23. 28. etc. et foeminin.

Βαβυλωνία, *Babylonia*, ſcil. regio, 2 Macc. 8, 20. Eſr. 4, 53.

Βαγώας, eunuchus Holofernis, Iudith. 12, 11. c. 13, 1. etc. proprie nomen *officii* eſt, *famulum* ſiue *puerum* ſignificans, Perſ. بچه, quocum conuenit Perſ. et Turc. بيك *pediſſequus*, et Gall.

Digitized by Google

Gall. *Page*, conſ. RELANDI Diſſ. de *vet. lingua Perſ.* §. 32. et BVRTONI Λεἰψανα *linguae Perſ.* in *Bagoas*.

Βαιὰν, LXX. Interpretes dicunt pro Hebr. בַּעֲין, nomine loci in Moabitide, Num. 32, 3. (*Onom. V. T.* p. 160.) quare et 1 Macc. 5, 4. nomen *loci* eſſe videtur, vbi vulgo pro nomine *viri* habetur: vt adeo *filii* Βαιὰν ſint *incolae Beonis*, et Βαάνυ, quod IOSEPHVS pro illo habet, ſit à Nominat. Βάανον.

Βαιθβασὶ, i. e. *domicilium Beſaei* cuiusdam: nomen oppidi in deſerto, 1 Macc. 9, 62. 64. coll. Verſion. τῶν LXX. Eſr. 2, 49. vbi Hebr. בֵּסַי effertur Βασί.

Βαιθζαχαρία, h. e. בֵּית זְכַרְיָה *domicilium Zachariae:* nomen oppidi vel vici, à *Zacharia* quodam denominati, 1 Macc. 6, 32. 33.

Βαιθὴλ, Hebr. בֵּית אֵל *domus Dei:* nomen vrbis, quae olim *Lus*, 1 Macc. 9, 50. vid. *Onom. V. T.* p. 223.

Βαιθσὰν, Hebr. בֵּית שְׁאָן, per Syncopen בֵּית שָׁן i. e. *locus tranquillitatis:* (*Onom. V. T.* p. 108.) vrbs Manaſſitarum, 1 Macc. 5, 52. c. 12, 40. 41.

Βαιθσέρα, (genit. ας et ων,) Hebr. בֵּית צוּר *locus petrae* i. e. *petroſus* vel *petrae inaedificatus:* (ξ) nomen vrbis in tribu Iudae, 1 Macc. 4, 29. c. 6, 7. c. 14, 7. 2 Macc. 11, 5. c. 13, 19. vid. *Onom. V. T.* p. 55.

Βαιθωρὼν, Hebr. בֵּית חוֹרוֹן i. e. *locus cauernae magnae:* (*Onom. V. T.* p. 338.) duae fuerunt huius nominis vrbes in tribu Ephraim, altera *ſuperior*, altera *inferior*. Mentio alterutrius ſit Iudith. 4, 4. 1 Macc. 7, 39. c. 9, 50. Scribitur etiam Βαιθωρῶν 1 Macc. 3, 16. 24.

Βαικτελαὶθ, alii codices habent Βεκτελὲθ, Iudith. 2, 21. GROTIO eſt *Bactaille* Syriae apud PTOLEMAEVM. Nomen ortum videtur ex בֵּי קְטָלֶת (o). i. e. *locus caedis*, quomodo et

(ξ) Ὀχυρὰν καὶ δυσάλωτον πόλιν vocat IOSEPHVS *Antiquit. Iud.* L. XII. c. 14. ſitam ἐν ἐρυμνῷ χωρίῳ Auctor libri 2 Macc. l. c.

(o) בֵּי ſiue בֵּי Syris et poſterioribus Hebraeis dicitur pro בַּיִת ſiue בֵּית.

et Interpres Syrus intellexit, qui habet בית קטילה: vt fuerit campus vel planities, vbi praelia frequenter facta ſunt, qualis etiam fuit campus Megidduntis, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 354. not. (e)

Βαιτεμασθαὶμ, nomen vrbis obſcurae, Iudith. 15, 4. quod etiam vitioſe Βετομεσθαὶμ ſcribitur c. 4, 6. ex Hebr. בֵּית הַמִּשְׁתַּעִים (π) h. e. *locus continuo diſpicientium* ſiue *ſpeculantium*, à שׁעה.

Βακήνωρ, i. e. *loquax* ſiue *diſertus vir*, à βάζω *loquor*, (ρ) et *ἀνὴρ vir*: nomen praefecti exercitus, 2 Macc. 12, 35.

Βακχίδης, i. e. *Bacchi filius*: (*Patronymicum* à Βάκχος:) amicus et dux Demetrii regis, 1 Macc. 7, 8. c. 9, 1. 2 Macc. 14, 6. conf. Sect. I. §. 17.

Βαλαὰμ, Hebr. בִּלְעָם *abſorbitio* i.e. *victor populi*: (*Onom. V.T.* p. 459.) nomen pſeudoprophetae, 2 Petr. 2, 15. Iud. v. 11. Apoc. 2, 14. conf. infra nomen patris eius Βοσόρ.

Βαλὰκ, Hebr. בָּלָק *apertura*, ſcil. vteri, h. e. *primogenitus*: (*Onom. V. T.* p. 112.) rex Moabitarum, Apoc. 2, 14.

Βαλαμὼν, בַּעַל הָמוֹן *habens turbam magnam*, i. e. *locus populoſus*: nomen loci, Iudith 8, 3. vbi Salomo vineam habuit, Cant. 8, 11. vid. *Onom. V. T.* p. 335. HILLERO idem locus eſt cum בַּעַל גָּד Ioſ. 11, 17. c. 12, 7. c. 13, 5. conf. de vtroque loco IKENII *Diſſertat. Philolog. Theolog.* XV.

Βαλτάσαρ, Chald. בֵּלְשַׁאצַּר *Belus* (eſt) *ſplendor nitoris* i. e. *ſplendidiſſimus*: (*Onom. V. T.* p. 569.) rex Chaldaeorum, Baruch. 1, 11. 12. Originarium שׁ mutatum eſt in τ, vt in plurimis aliis.

Βὰρ Ἰωνᾶ, i. e. *filius Ionae*: cognomen Petri, à patre *Iona* aſſumtum, Matth. 16, 17. conf. Ioh. 1, 43. c. 21, 15. 17. Quidam codices

(π) Hebr. Patach ſub Articulo ה per ο exprimitur, vt alibi, e. g. in Νοῦμα ex Hebr. נַעֲם, in Νοεμμὰ ex נַעֲמָה, in Μοολι, ex מַחְלִי, in Γοδολία ex גְּדַלְיָה etc.

(ρ) Vnde et ἄβακης *tacitus*, ἀβακέω et ἀβακίζω *taceo*, ἀστρόβακος *Aſtrologus*, *qui de aſtris loquitur*, etc.

codices habent Βὰρ Ἰωαννᾶ. Vid. infra Ἰωνᾶς, et conf. IOH. DRVSII *Animaduerſ.* L. II. c. 56.

Βαραββᾶς, vulgo exponitur *filius patris*, i. e. *patri cariſſimus;* rectius HILLERO *filius Abbae: Bar Abba* enim frequens quoque Nomen *Propr.*eſt in Talmude. Fuit *Barabbas* latro, cuius mentio fit Matth. 27, 16. Marc. 15, 7. Luc. 23, 18. Ioh. 18, 40. etc.

Βαράκ, Hebr. בָּרָק *fulgur:* (*Onom. V. T.* p. 112.) filius Abinoami, Hebr. 11, 32.

Βαραχίας, Hebr. בֶּרֶכְיָה *benedictio Domini:* (*Onom. V. T.* p. 527.) pater Zachariae prophetae, Matth. 23, 35. coll. Zach. 1, 1. 8. Sed aliis idem eſt, qui alias *Ioiada*, coll. 2 Chron. 24, 20.

Βαρθολομαῖος, i. e. *filius Tholomaei*, Hebr. תַּלְמַי, (*Onom. V. T.* p. 388.) quod LXX. Ioſ. 15, 14. Θολμαΐ, et 2 Sam. 13, 37. Θολομαὶ efferunt. Θολομαῖος nomen eſt ducis latronum apud IOSEPHVM. Vid. infra Πτολεμαῖος, et conf. ſupra Sect. I. §. 16. et pluribus de h. n. BARTH. MAYERI *Philolog. S.* P. I. p. 377. ſeq. Fuit *Bartholomaeus* vnus ex Apoſtolis, Matth. 10, 3. Marc. 3, 18. Luc. 6, 14. Act. 1, 13. qui alias *Nathanaël*, quod vid. infra ſuo loco.

Βαριησοῦς, i. e. *filius Ieſu:* nomen magi et pſeudoprophetae, Act. 13, 6. vbi quidam codices habent Βαριηοῦς h. e. *filius Iehu*, conf. HEINSII *Exercitat. S.* L. IV. c. 8.

Βαρνάβας, à Luca exponitur υἱὸς παρακλήσεως, *filius refocillationis*, ſcil. parentum, coll. Verbo παρακαλέω pro *refocillo* ſiue *recreo*, Act. 20, 12. ex Hebr. vel Chald. בַּר נְבַשׁ pro בַּר נְשַׁב, à נשב *reſpirauit*, alias נשף et נפשׁ *refocillatus eſt;* vel deſcendit ab Arab. נבה in 2 Coniug. *commonefecit*, *edocuit*, (vt Graec. παρακαλέω Luc. 3, 18. Act. 2, 40. 2 Tim. 4, 2. Tit. 2, 6. etc.) vnde primum fit Βαρνάβα, et addita terminatione Graeca, Βαρνάβας, *filius adhortationis.* Aliorum explicationes longius petitae ſunt, vid. LVD. de DIEU *Animaduerſ.* ad Act. 4, 36. et LACKEMACHERI *Obſeruat. Philol.* P. II. Obſ. 5. §. 7. Fuit *Barnabas* cognomen Ioſae, Leuitae Cyprii, doctoris eccleſiae apoſtolicae, Act. 4, 36. c. 9, 27. 1 Cor. 9, 6. Gal. 2, 1. Col. 4, 10. etc.

Βαροὺχ,

Digitized by Google

Βαρὲχ, Hebr. בָּרוּךְ *benedictus: (Onom. V. T.* p. 417.) filius Neriae, Baruch. 1, 1. 3. Similis argumenti Nomina Propr. ſunt Syr. *Bricha* et *Brichjeſu*, Arab. *Mobarac* etc.

Βαρσαβᾶς, Chald. בַּר שְׁבְעָא *filius iuramenti*, i. e. *iuramento promiſſus:* nomen viri, candidati Apoſtolatus, qui alias *Ioſephus* et cognomine *Iuſtus*, Act. 1, 23. Fuit et cognomen Iudae cuiusdam, Act. 15, 22. Conf. Hebr. בַּת שֶׁבַע , יְהוֹשֶׁבַע etc.

Βάρτακος, à Perſ. پرتك *equus egregie incedens currensque:* nomen patris Apames, Eſr. 4, 29. Sed Syrus habet ארטק, quod conuenit cum *Artacacas*, nomine ducis exercitus Perſarum apud HERODOT.

Βαρτίμαιος, nomen mendici, *filium Timaei* deſignans, vt explicatur Marc. 10, 46. Conf. infra Τίμαιος.

Βασκαμὰ i. e. בָּצְקָם *tumor maximus*, *elatio* (terrae) *ſumma*, cum terminatione foemin. vel emphatica Chald. conf. Sect. I. §. 6. not. (b) Nomen eſt vrbis obſcurae, 1 Macc. 13, 23. GROTIVS et IVNIVS oppidum tribus Iudae בָּצְקַת, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 195. intelligunt, ex IOSEPHO corrigentes Βασκὰ; ſed *Baskama* in Gileaditide ſita fuit, coll. l. c. v. 22. *Bozkath* vero in tribu Iudae.

Βεελζεβὰλ, Hebr. בַּעַל זְבוּל *dominus habitationis:* proprie nomen fuit deaſtri Philiſthaeorum, ſic dicti, vt HILLERO videtur, quod illis *habitationem* conceſſiſſet, cum antea appellaretur בַּעַל זְבוּב *dominus vagationis:* quia iisdem *exulibus* adfuiſſe crederetur, vid. *Onom. V. T.* p. 46. Iudaei vero id nominis principi daemonum tribuebant, Matth. 10, 25. c. 12, 24. 27. Marc. 3, 22. Luc. 11, 15. 18. 19. quo eos reſpexiſſe quidam volunt ad Chald. et Syr. זבל ſiue זביל *ſtercus*, q. d. *dominus ſtercoris*, per ignominiam: conf. de eiusmodi Nominibus, in ſenſum *ignominioſum* deflexis, *Onom. V. T.* p. 180. not. (c). Pluribus autem de h. n. agunt LIGTFOOTVS in *Horis Hebr.* ad Matth. 10, 25. et ad Luc. 11, 15. BOCHARTVS in *Hieroz.* P. II. p. 499. ſeq. CHEITOMAEVS de *Vocibus Graeco-barbaris N. T.* p. 34. ſeq. KIRCHERVS in *Oedipo*

Digitized by Google

dipo Aegypt. T. I. p. 271. ſeq. B. A. GEBHARDI et E. H. POLEMANNVS in Diſſert. de *Beelzebub*, etc.

Βεέλτεθμος, Eſr. 2, 16. 25. corruptum ex Appellat. בְּעֵל טְעֵם *conſiliarius*, coll. Eſr. Canon. c. 4, 8.

Βεκτελὲθ, vid. ſupra Βαικτελαίθ.

Βελίαλ, Hebr. בְּלִיַּעַל *nequam:* quo nomine Paulus Satanam vocat, 2 Cor. 6, 15.

Βελμὲν, (pro Βελμὲμ,) Iudith. 4, 4. pro quo in Bibliis Complut. Iudith. 7, 3. rectius legitur Βελμαὶμ, ex Hebr. אָבֵל מַיִם i. e. *continua irrigatio aquae:* (σ) vrbs fuit in tribu Manaſſe, de qua vid. *Onom. V. T.* p. 222. et 309.

Βενιαμὶν, Hebr. בִּנְיָמִין *filius dextrae:* (*Onom. V. T.* p. 459.) filius Iacobi patriarchae, 2 Macc. 3, 4. Eſr. 2, 8. Act. 13, 21. Rom. 11, 1. Phil. 3, 5. Apoc. 7, 8.

Βερέα, pro Βεέρα, i. e. Hebr. בְּאֵרָה *puteus, fons*, vt HILLERO videtur: nomen loci ignoti, 1 Macc. 9, 4. Syrus habet בִּירַת, vnde RELANDVS eundem locum intelligit, qui Talmudicis הַבִּירָה h. e. *palatium.*

Βερνίκη, per Syncopen pro Βερονίκη vel Βερενίκη, hoc autem, teſtibus Auctore *Etymologici M.* in Βέροια, et PLVTARCHO in *Quaeſtionibus Graec.* ex dialecto Macedonum dicitur pro Φερενίκη, (τ) i. e. *reportans victoriam*, ſcil. pulchritudinis, *victrix*, à Maſc. Appellat. Φερένικος vel Φερόνικος *victor*, alias νικηφόρος. Nomen fuit plurimis foeminis commune. In ſacris memoratur *Bernice* filia Agrippae Maioris, Act. 25, 13. 23. c. 26, 30.

Βέροια, vrbs Macedoniae, Act. 17, 10. 13. dicta, vt STEPHANVS *de Vrb.* et Auctor *Etymolog. M.* l. c. tradunt, à *Pherete* vel *Phero* quodam, q. d. Φέροια, permutatis φ et β, ex dialecto Macedonum.

Alia

(σ) Ita אָבֵל reddere malo per vocabulum *Abſtracti*, quam per *irriguus*, *humidus*, *qui aquis continuo rigatur*, vti minus bene expoſui in *Onom. V. T.* p. 309.

(τ) Macedones enim pro φ adhibere ſolent β, dicentes e. g. Βίλιππος pro Φίλιππος, βαλακρὸς pro φαλακρὸς etc. conf. EVSTATHIVS ad HOM. *Iliad.* X, 192. et ad DIONYS. *Perieg.* v. 460.

Alia fuit *Beroea* Syriae, 1 Macc. 9, 4. quam Seleucus rex, Macedonia oriundus, ab illa Macedoniae denominauit, teſte eodem STEPHANO, (v) conf. *Onom. V. T.* p. 57. not. (p). Hanc poſtea à Romanis vocatam eſſe *Berytum*, tradit NONNVS in *Dionyſ.* XLI. 364.

A priore *Beroea* eſt Adiectiuum *Gentile*

Βεροιαῖος, *Beroeenſis*, Act. 20, 4.

Βετάνη, locus, cuius mentio fit Iudith. 1, 9. Vulgo *Batanaeam* intelligunt, quomodo et Interpres Syrus accepit, qui habet *Batnan*, i. e. *Baſan*, de quo conf. *Onom. V. T.* p. 99. Sed HYDIO de *relig. vet. Perſ.* p. 541. rectius eadem eſt cum vrbe Syriae, quae Arab. بتانة, STEPHANO *de Vrb.* αἱ Βατανέαι, vulgo *Agbatana* vel *Ecbatana*, pro *Albatana*. Poſſet et intelligi בֶּטֶן, vrbs Aſſeritarum, Ioſ. 19, 25. de qua vid. *Onom. V. T.* p. 158.

Βετυλέα, nomen vrbis, patriae Iudithae, Iudith. 4, 6. c. 6, 10. etc. in tribu Simeonitarum, coll. c. 8, 1. 3. atqui inter vrbes illius tribus occurrit בְּתוּל Ioſ. 19, 4. quae alias בְּתוּאֵל pro בְּתוּל אֵל, 1 Chron. 4, 30. vid. *Onom. V. T.* p. 40. 41. Βετυλέα tamen potius eſt ex בְּתוּל אֱלוֹהַּ *ſeparatio Dei*, h. e. *locus Deo ſeparatus et dicatus.* Occurrit quoque Βετολίω, Eſr. 5, 21. ſed id potius corruptum eſt ex בֵּית אֵל, coll. Eſr. Canon. c. 2, 28.

Βηζὲθ, ex בֵּית זַיִת vel potius בֵּי זַיִת *locus oleae*, i. e. *olearum ferax:* nomen loci, 1 Macc. 7, 19. IOSEPHVS *Antiq. Iud.* L. XII. c. 18. eum vocat Βηρζηθώ, quod conuenit cum Hebr. בִּרְזַיִת, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 461.

Βηθαβαρά, nomen loci ad Iordanem, vbi Iohannes baptizabat, Ioh. 1, 28. atqui ille in deſerto baptizabat. Matth. 3, 1. 6. Marc. 1. 4. vnde idem locus videri queat cum בֵּית עֲרָבָה, (i. e. *locus ſolitudinis*, vid. *Onom. V. T.* p. 107.) in deſerto, Ioſ. 15, 61. vel, vt

(v) APPIANVS p. 201. edit. TOLLII: Ἔστι ἐν τῇ Συρίᾳ πολλὰ Μακεδονικῶν πολισμάτων ὀνόματα.

Digitized by Google

vt BEZA, RELANDVS, HILLERVS aliique volunt, cum בֵּית בָּרָה, (h. e. *locus deſerti*, vid. *Onom. V. T.* p. 109.) ad Iordanem, Iud. 7, 24.) quem RELANDVS ſic dictum eſſe contendit pro בֵּית עֲבָרָה i. e. *locus tranſitus*. Conf. LVD. *de* DIEU *Animaduerſ.* ad Ioh. 1, 28. et LIGTFOOTI *Chorograph.* Iohanni praemiſſ. c. 1. et pluribus de eius ſitu Ven. RATHLEFII *Theologus* an. 1754. p. 503. ſeq. et p. 529. ſeq.

Βηθανία, i. e. בֵּית עַנְיָה vel בֵּית עֲנִיָּה *locus depreſſionis* ſiue *humiliationis*, h. e. *locus depreſſus* ſiue *humilis*: ſita enim fuit *Bethania* in loco *depreſſiore*, teſtantibus hodoeporicis SALIGNIACO, NEITZSCHITZIO, MOCQVETO etc. aut ſi mauis, *locus reſponſionis* i. e. *echus* ſiue vbi *echo* redditur; quod fieri ſolet in locis, ad montium multiiugorum flexus ſitis, teſte PLINIO L. II. c. 44. Fuit *Bethania* oppidum vel vicus ad latus montis Oliueti, Matth. 21, 17. Marc. 11, 1. Luc. 19, 29. Ioh. 11, 1. 18. etc. Sed LIGTFOOTVS in *Centur. Chorograph.* Matthaeo praemiſſa c. 41. et in *Centur.* Marco praemiſſa c. 4. RELANDVS in *Antiquit. Hebr.* P. I. c. 2. §. 12. et SCHOETGENIVS ad PASORIS *Lex. Graec. N. T. Bethaniam* eundem locum eſſe volunt cum Talmudicorum בֵּית הִינֵי i. e. *locus dactylorum*, coll. Talmud. אחינא *dactylus immaturus*, et Ioh. 12, 13. cum Matth. 21, 1. 8.

Βηθδαγὼν, Hebr. בֵּית דָּגוֹן *domus Dagonis:* templum Dagonis vocatur 1 Macc. 10, 83.

Βηθεσδὰ, i. e. בֵּית חֶסְדָּא *locus miſericordiae*, ſcil. diuinae; ſed BOCHARTO, CANINIO, MONTACVTIO aliisque ex בֵּית אֶשְׁדָּא *locus effuſionis aquae:* quod tamen magis fontibus conuenit, quam piſcinis, quae aquam potius recipiunt. Longius petita ſunt et analogiae repugnant etyma BRENTII apud PFEIFFERVM in *Hebraicis et Exot. N. T.* Loc. 30. I. H. HOTTINGERI ad GODWINI *Moſen et Aaronem* p. 395. et Celeb. TRILLERI apud WOLFFIVM in *Curis Crit.* ad Ioh. 5, 2. Fuit nomen piſcinae Hieroſolymis, cuius aqua, ab angelo mota, aegris ſanitatem reſtituebat, Ioh.

Ioh. 5, 2. Eandem eſſe cum τῇ τῶν ὄφεων κολυμβήθρᾳ apud IOSEPHVM de *bello Iud.* L. V. c. 3. et cum *fonte draconis* ſiue *ſerpentis*, Neh. 2, 13. contendit Anonymus in den Vermiſchten Abhandlungen und Urtheilen, (Berolini editis,) P. II. p. 247. ſeq.

Βηθλεέμ, Hebr. בֵּית לֶחֶם *locus panis:* (*Onom. V. T.* p. 147.) vrbs tribus Iudae, à ſumma agri circumiacentis *fertilitate*, Matth. 2, 1. Luc. 2, 4. Ioh. 7, 42. etc. Fertilitatem eius, praeter eos, quos l. c. excitaui, etiam notant THEVENOTVS in *Itinerar.* L. II. c. 47. SCHWEIGGERVS in *Itiner.* L. III. c. 35. et AMMANVS p. 161. Ridicula eſt deriuatio OL. RVDBECKII *Atlant.* T. III. p. 748. ex Scythico ſiue Gothico *betla*, i. e. *mendicare*, (betteln,) et *bem*, h. e. *domus*, q. d. *pauperum domus.* Alia *Bethlehem* in tribu Zabulon memoratur Ioſ. 19, 15.

Βηθσαϊδὰ, i. e. Chald. vel Syr. בֵּית צַיְדָא *locus piſcationis:* nomen oppidi ad mare Tiberiadis, patria aliquot Apoſtolorum, Luc. 9, 10. c. 10, 13. Ioh. 1, 45. c. 12, 21. Scribitur etiam Βηθσαϊδὰν, cum terminatione *augmentatiua*, (φ) Matth. 11, 21. Marc. 6, 45. c. 8, 22.

Βηθφαγῆ, i. e. בֵּית פַּגֵּי vel בֵּית פַּגָּא *locus groſſorum* ſiue *ficuum, locus ficubus abundans:* (χ) nomen vici ad montem Oliueti, Matth. 21, 1. quod Marc. 11, 1. et Luc. 19, 29. Βηθφαγὴ ſcribitur. Sed *locum vallis anguſtae*, à פג Syr. et Arab. *vallis anguſta*, (potius *vallis ampla*,) explicat Celeb. IOH. DAV. MICHAELIS in *Hiſtoria vitri*, inſerta Tomo IV. *Commentar. Academ. Goetting.* Aliter quoque HILLERVS in *Onom. S.* Conf. LIGTFOOTI *Centur.*

(φ) De qua vid. noſtrum *Arcan. Form. Hebr.* Sect. VIII. c. 1. *Bethſaida* nomen prius fuiſſe videtur, cum adhuc vicus eſſet, quod deinde, cum in ſpeciem vrbis accreſceret, in auguſtius *Bethſaidan* mutatum eſt.

(χ) Vallem ad montem Olıueti et hunc ipſum montem hodienum ficubus abundare, teſtantur Itinerariorum ſcriptores: vt TSCHVDIVS p. 116. RADZIVILIVS p. 109. RAVCHWOLFFIVS P. III. c. 21. STAMMERVS p. 194. etc. conf. Matth. 21, 17. 19. Terminatio in פַּגֵּי eſt plur. conſtruct. pro abſol. פַּגִּין vel פַּגִּים, poſterioribus Hebraeis frequentiſſima, conf. BVXTORFII *Grammat. Chald. et Syr.* p. 26. 27. terminatio autem פַּגָּא eſt plur. emphat. Syriaca.

tur. Chorograph. Matthaeo praemiſſ. c. 37. et CHR. FEVSTELII Diſſert. de *Bethphage.*

Βὴλ, Hebr. בֵּל contract. ex Chald. בְּעֵל, pro Hebr. בַּעַל i. e. *dominus:* (*Onom. V. T.* p. 568.) nomen idoli, in Hiſtor. Beli et Drac. v. 3. 4. etc.

Cum terminatione Graeca dicitur

Βῆλος; Baruch. 6, 41. Epiſt. Ierem. v. 41.

Βιθυνία, Aſiae Minoris regio, Act. 16, 7. 1 Petr. 1, 1. ſec. BOCHARTVM in *Canaan* L. I. c. 10. ſic dicta, quod ſita ſit in *interiore* Aſiae *parte*, coll. Hebr. בֶּטֶן *venter*, *interior corporis pars*, et Arab. بطن *medium* et *intimum* rei, باطن *internus*, *interior* etc. conf. *Onom. V. T.* p. 158. not. (*e*).

Βλάστος, (retracto accentu pro Βλαστὸς,) i. e. *germen*, *propago:* Herodis cubicularius, Act. 12, 20. Ad nominis rationem conf. Synonymum Hebr. נֶפֶג in *Onom. V. T.* p. 176. ibique annotata.

Βοανεργὲς, i. e. בְּנֵי רֶגֶשׁ (ψ) *filii tonitrui*, h. e. *fulmina*, (ω) à רגשׁ *commotus eſt*, *ſtrepuit*, Arab. رجس *tonuit* cœlum. Fuit cognomentum filiorum Zebedaei, Iacobi et Iohannis, à Chriſto ipſis impoſitum, Marc. 3, 17. conf. PFEIFFERVS de *Hebraic. et Exot. N. T.* Loc. 18. VORSTIVS in *Philologia S.* c. 24. et MART. CHLADENIVS in Diſſert. de *Nomine Boanerges.*

Βοκκὰ, Hebr. בֻּקִּי *exhauſtio*, ſcil. Domini: (*Onom. V. T.* p. 217.) nomen viri, Eſr. 8, 2. coll. Eſr. Canon. c. 7, 4.

Βοὸζ, Hebr. בֹּעַז, ex בוֹ עַז *in illo* (ſcil. Domino) *robuſtus*, vel *in illo robur:* (*Onom. V. T.* p. 460.) filius Salmonis, Matth. 1, 5. Luc. 3, 32.

Βοσὸρ,

(ψ) Scheva ſub ב ſic per *o* effertur: quae pronunciatio fere apud LXX. obtinet ſub et ante *labiales*, vti obſeruat et exemplis probat HILLERVS in *Onom. S.* p. 713. A autem eſt Epentheticum, ſicut in Ἰωάθαμ pro Ἰώθαμ etc.

(ω) Fulmen *filius* eſt *tonitrui*, eo quod ruptarum nubium fragorem ſequatur, dicente HILLERO l. c. p. 117. Ad nominis rationem conf. quae annotaui in *Onom. V. T.* p. 112. not. (a) et (b). Sic Martem et Neoptolemum *fulmini* comparat QVINTVS *Calab.* I. 675. VIII. 222.

Digitized by Google

Βοσὲρ, i. e. *abſumtio*, ſcil. hoſtium, Hebr. בְּעוֹר vel potius בְּשׂוֹר, vid. *Onom. V. T.* p. 88. Fuit pater Bileami, qui et ipſe ab *abſorptione* nomen habuit, 2 Petr. 2, 15.

Aliud eſt

Βοσὸρ, h. e. בֶּצֶר *munimentum:* (*Onom. V. T.* p. 142.) vrbs refugii in tribu Ruben, 1 Macc. 5, 26. 28. vt RELANDO videtur coll. v. 36. Certe pro Hebr. בֶּצֶר etiam LXX. et Vulgatus habent *Boſor*, Deut. 4, 43. Ioſ. 20, 8. c. 21, 36.

Βόσσορα, Hebr. בָּצְרָה *munimentum:* (*Onom. V. T.* p. 192.) vrbs Arabiae ſiue Idumaeae, 1 Macc. 5, 26. τοῖς LXX. Βόσοῤῥα, Profanis *Boſtra*.

Γ.

Γαβαὴλ, ex Hebr. גָּבַהּ אֵל *excelſus fuit, extulit ſe Deus:* 1) quidam ex maioribus Tobiti, Tob. 1, 1. 2) alius, c. 4, 1. c. 5, 6. etc. qui terminatione Graeca

Γαβαῆλος, c. 1, 14. c. 4, 20. Conf. ſimilis argumenti Nomina Propr. גַּבַּי, רְמִיָּה, יְהוֹרָם etc.

Γαββαθᾶ, Chald. vel Syr. emphat. גַּבְּתָא *eminentia: excelſum*, (vt Hebr. גַּב,) i. e. *ſuggeſtus eminens*, lapidibus ſtratus, Graec. Λιθόστρωτος, Ioh. 19, 13. Plura de h. n. vid. apud IKENIVM in Differt. de Λιθοστρώτῳ ad l. c.

Γαβρία, Hebr. גַּבְרִיָּה *vir Dei*, vel potius *robur Dei*, vt חִזְקִיָּה, עֻזִּיָּה etc. à גֶּבֶר *vir*, quod tamen etiam *robur* ſignificare poteſt, et ita acceptum videtur Ieſ. 22, 17. vbi גֶּבֶר pro בְּגֶבֶר *robore*, i. e. *vehementer*, commode exponitur. Fuit *Gabria* frater Gabaëlis, Tob. 1, 4. c. 4. 20.

Γαβριὴλ, Hebr. גַּבְרִיאֵל *vir* i. e. *legatus Dei*, vel vt alii, *robur Dei:* (*Onom. V. T.* p. 495.) nomen angeli, Luc. 1, 19. 26. (a)

Γὰδ, Hebr. גָּד *turma*, ſcil. liberorum: (*Onom. V. T.* p. 120.) filius Iacobi patriarchae, Apoc. 7, 5.

(a) Senſu poſteriori etiam Arabes intelligunt, vid. GENTIVS ad MVSLADINI SADI *Roſarium politicum* p. 533.

Digitized by Google

Γαδαρηνὸς, *Gadarenus*, Marc. 5, 1. Luc. 8, 26. 27. *Gentile* à *Gadara* vrbe, de qua vid. plura apud RELANDVM in *Palaeſt.* p. 773. et conf. IOACH. KLEPPERBEINII Diſſert. de *Gadarenis.*

Γάζα, Hebr. עַזָּה, *valida*, i. e. *firma*, (ſicut Latini dicunt *validum oppidum, valida vrbs, validiſſimum caſtellum* etc. vid. *Onom. V. T.* p. 213.) vrbs Philiſthaeorum, 1 Macc. 11, 6. c. 13, 43. Act. 8, 26. conf. VRB. GODOFR. SIBERI Diſſert. de *Gaza Palaeſtinae oppido.*

Γάζαρα, (gen. ων,) 1 Macc. 9, 52. c. 13, 53. c. 14, 35. 2 Macc. 10, 32. etc. et

Γάζηρα, 1 Macc. 7, 45. eadem vrbs, quae Hebr. גֶּזֶר, in pauſa גָּזֶר, *abſciſſio*, i. e. *munimentum*, (b) vel *excifio*, vid. *Onom. V. T.* p. 42. coll. Verſion. Graec. τῶν LXX. Ioſ. 21, 21. 1 Chron. 14, 16. etc. Occurrit etiam Γαζηρῶν 1 Macc. 4, 15. cum terminatione *augmentatiua*; ſed potius legendum eſt Γαζήρων in genit. plur.

Γαιβαὶ, Iudith. 3, 10. eadem eſſe putatur cum גֶּבַע i. e. *collis*, vrbe Beniaminitarum, de qua *Onom. V. T.* p. 162. Certe Interpretes LXX. illam vocant Γαβαὶ 1 Chron. 6, 60.

Γάϊος, Lat. *Caius*, frequens apud Romanos Nomen *Propr.* pro quo veteres dixiſſe *Gaius*, idque eſſe à Graeco *γαίω laetor, gaudeo*, teſtis eſt VALERIVS MAXIMVS vel alius Auctor de *Nominibus Romanorum.* Idem autem ſignificat cum inuſit. γάϊμος, i. e. *dignus, quo gaudeatur*; ſicut in Appellat. *ἀσπάσιος amplectendus, amabilis, acceptus, θαυμάσιος admirabilis, admiratione dignus, λόγιος mentione dignus, memorabilis, celebris, ψόγιος vituperabilis* etc. idem ſignificant cum *ἀσπάσιμος, θαυμάσιμος, λόγιμος* etc. conf. quae infra annotaui ad Λυσίας. Quidam tamen deducunt à *γαῖα terra*, vnde *γαῖος terreſtris*, conf. CAEL. RHODIGINI *Lect. Antiq.* L. XXIV. c. 5. Fuit *Gaius* 1) Macedo, comes Pauli, Act. 19, 29. 2) alius Derbenſis, Act. 20, 4. 3) Corinthius, Rom. 16, 23. 1 Cor. 1, 14. 3 Ioh. v. 1.

Γαλαὰδ,

(b) Ὀχύρωμα ἐν πάλαι φρουρίον vocatur 2 Macc. 10, 32. ὀχυρὰ φύσει à IOSEPHO *Antiquit. Iud.* L. VIII. c. 2.

Γαλαὰδ, *Gilead*, regio Peraeae, Iudith. 1, 8. c. 15, 5. 1 Macc. 5, 9. nomen nacta à גִּלְעָד filio Manaſſis, vid. *Onom. V. T.* p. 462. Inde eſt *Gentile* Γαλααδίτης, in foemin.

Γαλααδῖτις, *Gileaditis*, *Gileaditica*, ſcil. regio, 1 Macc. 5, 17. 25. 27. 36. c. 13, 22.

Γαλάτης, pl. Γαλάται, *Galatae*, 1 Macc. 8, 2. 2 Macc. 8, 20. Gal. 3, 1. à Graecis dicti ſunt *Galli* illi, qui diuerſis temporibus Aſiam Minorem inuaſerunt ibique ſedes fixerunt, vel à voce Celtica *gallen*, nobis *wallen*, i. e. *migrare*, Hebr. גלה, Graec. fere κέλλειν: quia haec gens per Aſiam, Graeciam, Italiam, Pannoniam aliasque regiones *migrauit;* vel quod iidem ſint cum *Celtis*, quod antiquum illorum nomen fuiſſe, teſtis eſt PAVSANIAS in *Atticis* c. 3. vnde et in nummis Καλάται vocantur. BOCHARTVS in *Phaleg* L. III. c. 6. *Galatarum* et *Celtarum* nomen deducit à Chald. vel Talmud. חלת ſiue חלתא *crocus*, propter *flauos* illorum *capillos*, vnde *Galli* paſſim appellentur τὰ ξανθὰ ἔθνη, *flauae gentes.* Alii deducunt à γάλακτος, quod *album* ſignificet, vnde et Γαλάτεια, Nymphae nomen. Conf. WACHTERVS in *Gloſſar. German.* in voc. *Galli*, Celeb. GOTTL. WERNSDORFFIVS de *Republica Galatarum* c. 2. §. 6. et Doctiſſ. E. A. SCHVLZIVS in Program. de *Galatarum aut Celtarum appellatione.*

Ab illis nomen accepit

Γαλατία, regio Aſiae Minoris, 1 Cor. 16, 1. Gal. 1, 2. 2 Tim. 4, 10. 1 Petr. 1, 1. quae etiam terminatione *Poſſeſſiua*

Γαλατικὴ χώρα, *Galatica regio*, Act. 16, 6. c. 18, 23.

Γάλγαλα, Hebr. גִּלְגָּל i. e. *volutio*, *deuolutio*, ſcil. opprobrii Aegypti ab Iſraëlitis, it. *circulus:* nomen loci in campeſtribus Jerichuntis, 1 Macc. 9, 2. coll. Ioſ. 4, 19. Alii *Galilaeam* intelligunt, vt Deut. 11, 30. Ioſ. 12, 23. vid. *Onom. V. T.* p. 135.

Γαλιλαῖος, *Galilaeus*, Matth. 26, 69. Marc. 14, 70. Luc. 13, 1. 2. etc. et foemin.

Γαλιλαία, *Galilaea*, ſcil. regio, Tob. 1, 2. Iudith. 1, 8. 1 Macc. 11, 63. Matth. 2, 22. Marc. 1, 9. etc. ad Formam Adiectiuorum

Digitized by Google

ctiuorum *Gentilium* deflexa ſunt ab Hebr. גָּלִיל, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 60.

Γαλλίων, Lat. *Gallio*, i. e. *qui Gallos imitatur:* (c) Proconſul Achaiae, Act. 18, 12. 14. 17.

Γαμαλιὴλ, LXX. Num. 1, 10. habent pro Hebr. גַּמְלִיאֵל h. e. *retributio* ſiue *praemium Dei:* (*Onom. V. T.* p. 469.) doctor Iudaicus, Pauli praeceptor, Act. 5, 34. c. 22, 3.

Γαριζὶν, cum terminatione Chald. pro Hebr. גְּרִזִים *abſciſſiones:* q. d. mons *abſciſſionum* i. e. *praeceps*, *praeruptus*, vel *altus*. (d) Eſt mons altus prope Sichemum, 2 Macc. 5, 23. c. 6, 2. vid. *Onom. V. T.* p. 67.

Γεδεὼν, Hebr. גִּדְעוֹן *caudex eximius:* (*Onom. V. T.* p. 334.) nomen Iudicis Iſraëlitarum, Hebr. 11, 32.

Γεθσημανῆ, nomen loci ad montem Olіueti, Matth. 26, 36. Marc. 14, 32. quod vulgo exponunt *torcular oleorum*, quae ſcil. ibi ex oliuis exprimi ſolerent, (e) quaſi ſit ex גַּת שְׁמָנֵי, poſito plur. conſtructo pro abſoluto; vel Forma plur. Syrorum emphat. et ſic conf. ſupra Βηθφαγῆ. Sed nec Scheva per η exprimi ſolet, nec pluralis conſtructus à שֶׁמֶן foret שְׁמָנֵי, ſed שַׁמְנֵי, et Syr. emphat. שַׁמְנָא: quare magis placet HILLERI deriuatio ex גַּת סִימָנֵי *torcular ſignorum*, quibus ſcil. in monte Olіueti neomeniae

(c) Nomina tam Graeca in ίων, quam Latina in *io*, inde orta, *Imitationem* et *Sectationem* quandam exprimere, patet ex inductione exemplorum: vt Lat. *phrygio*, qui *Phrygem* acu pingendo *imitatur*, *morio*, qui μῶρον i. e. *ſtultum*, *vulpio*, qui *vulpem*, *ſtellio*, lacertae ſpecies, quae punctulis cutis *ſtellas imitatur* ſiue refert, *lucrio*, qui *lucrum ſectatur* etc. Sic Graeca ἀκανθίων *erinaceus*, ſpiculis ſuis *ſpinas imitans*, στεφανίων *graculi* ſpecies, criſta *coronam imitans*, σχοινίων auis quaedam *iuncum ſectans* et amans, χλωρίων *acanthis*, *colorem flauum imitans* etc.

(d) Sic Graec. ἀκρότομος de rupe *praerupta* dicitur, ῥάκτος *collis* eſt ſiue *praecipitium*, (à ῥάσσω *amputo*, *abſcindo*,) κοπὴ *praecipitium*, *locus praeruptus*, à κόπτω etc. Vnde Ἀργαριζὶν apud EVSEBIVM de *Praeparat. Euangel.* L. IX. exponitur ὄρος ὑψίστα, lege ὕψιστον.

(e) Hodienum locum illum *oleis*, vnde et monti *Olіueti* nomen adhaeſit, abundare, paſſim referunt Itinerariorum ſcriptores. Nouem eiusmodi oleas ſuo aeuo numerarunt HENR. RANZOVIVS p. 42. et NEITZSCHITZIVS L. VII. p. 308. ſed tredecim SALIGNIACVS T. IX. c. 3.

meniae indicabantur, vt referunt Talmudici in *Roſch Haſchſchana* c. 2. §. 4. licet contradicat RELANDVS in *Palaeſt.* p. 857. eo quod *Gethſemane* non in apice montis, vbi ſigna illa edebantur, ſitum eſſet; quaſi non etiam ſola vicinia rei ad nomen illud imponendum ſufficere potuiſſet. Conf. pluribus LIGTFOOTI *Centur. Chorograph.* Matthaeo praemiſſa c. 41. DRVSII *Animaduerſ.* L. II. c. 43. ZORNII *Opuſc. S.* T. II. p. 530. ſeq. PFEIFFERI *Hebraica et Exot. N. T.* Loc. 14. et G. L. NITSCHII Diſſert. de *horto Gethſemane.*

Γελὼδ, vid. infra Χελεὺλ.

Γέννχιος, (retracto accentu pro Γενναῖος,) h. e. *generoſus, ingenuus:* pater Apollonii, 2 Macc. 12, 2.

Γεννησὰρ, i. e. Hebr. גַּנֵּי עֶשֶׂר, vel Chald. et Syr. גַּנֵּי סַר *horti decem*, ſcil. vrbium ſiue Decapoleos: tractus terrae ad mare Tiberiadis iucundiſſimus et feraciſſimus, vid. IOSEPHVS de *bello Iud.* L. III. c. 35. et conf. BVXTORFFII *Lex. Talmud.* col. 461. et LIGTFOOTI *Centur. Chorograph.* Matthaeo praemiſſ. c. 70. 71. et 79. (f) Ab eo mare illud vocatur *lacus* Γεννησὰρ, 1 Macc. 11, 67. In N. T. dicitur

Γεννησαρὲτ, ex גַּנֵּי עֶשֶׂרֶת (terminatione foem.) Matth. 14, 34. Luc. 5, 1. ſed Marc. 6, 63. in quibusdam codicibus legitur Γενησαρὲτ, vnico ν. Conf. HILLERI *Syntagm. Hermeneut.* p. 350.

Γεργεσαῖος, *Gergeſaeus*, Iudith. 5, 16. *Gentile*, formatum ab Hebr. גִּרְגָּשִׁי, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 377.

In N. T. dicitur aliâ Formâ

Γεργεσηνὸς, Matth. 8, 28.

Γεσὲμ, Graeci dicunt pro Hebr. גֹּשֶׁן, vid. LXX. Gen. 45, 10. et conf. *Onom. V. T.* p. 192. et 595. Vrbs fuit vel regio Aegypti, vnde γῆ Γεσὲμ, *terra Goſen*, Iudith. 1, 9.

Γηὼν,

(f) Auctor libri *Aruch* de illo: יש בו גנים ופרדסים, *in eo ſunt horti ac paradiſi*, et LA ROCQUE in *Itinerar. Syr.* p. 278. illius lacus vicinias praedicat vt *fort agreables et plantées de toutes ſortes d'arbres fruitiers.* Idem teſtantur TSCHVDIVS p. 299. ZWINNERVS p. 514. TROILO p. 427. aliique Auctores Itinerariorum.

Γηών, Hebr. גִּיחוֹן i. e. *magna* (aquae) *eruptio: (Onom. V. T.* p. 334.) vnus ex fluuiis Paradiſi, Sir. 24, 27.

Γοθονιὴλ, Graeci ſic efferunt Hebr. עָתְנִיאֵל *leo Dei,* i. e. *vir fortis: (Onom. V. T.* p. 507.) pater Chabri, Iudith. 6, 15. Conf. ad nominis rationem אֲרִיאֵל ibid. p. 494. et *Relationes Malabar.* Continuat. XXV. p. 134. et XXXIX. p. 328.

Γολγοθᾶ, pro Γολγολθᾶ, (altera ſimilium extrita, conf. *Arcan. Form. Hebr.* p. 217. et *Onom. V. T.* p. 134. not. o) ab Hebr. גֻּלְגֹּלֶת, Chald. in Statu emphat. גֻּלְגָּלְתָּא h. e. *cranium:* κρανίου τόπον exponunt Euangeliſtae. Fuit collis prope Hieroſolymam, ſic dictus à *craniis* hominum capite ibi plexorum, vel, vt alii volunt, à forma *cranii*, quam ille rotunditate ſua referebat, Matth. 27, 33. Marc. 15, 22. Ioh. 19, 17. coll. Luc. 23, 33.

Γολιὰθ, Hebr. גָּלְיַת i. e. *magnus, corpulentus, craſſus:* gigas Philiſthaeus, Sir. 47, 8. vid. *Onom. V. T.* p. 245.

Γόμοῤῥα, (genit. ας et ων,) à Graecis dicitur pro Hebr. עֲמֹרָה h. e. *copia aquae: (Onom. V. T.* p. 95.) vna ex vrbibus, à Deo igne ſubuerſis, Matth. 10, 15. Marc. 6, 11. Rom. 9, 29. 2 Petr. 2, 6. Iud. v. 7.

Γοργίας, *vir viuidus, acer, agilis,* ab Adiectiuo Appellat. γοργὸς, vnde γοργὸς Ἄρης, γοργὸς ὁπλίτης etc. conf. ſupra notata ad Ἀινέας. Fuit dux exercitus Syrorum, 1 Macc. 3, 38. c. 4, 1. 2 Macc. 8, 9. c. 10, 14. etc.

Γόρτυνα, vrbs Cretae, 1 Macc. 15, 23. quae alias Γόρτυν, it. Κόρτυν et Κόρτυνα. Nomen eiusdem originis videtur eſſe cum nomine *Cretes,* q. d. כְּרֵתִין *ſagittarii,* à rad. Arab. كرط *in ſcopum collimauit eumque fregit ſagitta ſtridente.* Nam vt *Cretes,* ita ſpeciatim *Gortynii* arte ſagittandi clari fuerunt: vnde *Gortynia ſpicula* apud STATIVM, *Gortyniacus arcus* apud OVIDIVM etc. de *Cretenſibus* vid. BOCHARTI *Canaan* L. I. c. 15.

Γὼγ, Hebr. גּוֹג *extenſio,* i. e. *augmentatio: (Onom. V. T.* p. 217.) princeps, aliis gens, terrae Magog, Apoc. 20, 8. Aliud

eſt

eſt Γὼγ Sir. 48, 17. corruptum ex Hebr. גִּיחוֹן, quod nomen fontis fuit prope Hieroſolymam, ab Hiskia in vrbem deriuati, coll. 2 Chron. 32, 30. vid. ibid. p. 334.

Δ.

Δαβὶδ, vid. infra Δαυὶδ.

Δαγὼν, Hebr. דָּגוֹן i. e. *piſcis excellens:* nomen idoli Philiſthaeorum, 1 Macc. 10, 84. c. 11, 4. vid. *Onom. V. T.* p. 334. et 638. et *Arcan. Form. Hebr.* p. 572. et conf. F. L. GOEZII Diſſert. de *Ichthyolatria* p. 22. Terminatio eſt *Augmentatiua*, non *Arabica*, vt vult PETR. TEXELIVS in *Phoenice viſo et audito* p. 302. conf. de illa FAGIVS ad Gen. 3, 16.

Δαθὰν, Hebr. דָּתָן *deſiderium magnum:* (*Onom. V. T.* p. 451.) filius Eliabi, Sir. 45, 18.

Δάθεμα, ab Hebr. דָּתַיִם, (g) à ſing. דָּת Syr. *ſcopus, meta, deſiderium*, ſub Forma *Dualis*, ob geminam loci partem. Fuit enim arx ſiue munimentum, procul dubio cum vrbe adiacente, quo Iudaei Gileaditae confugiebant, 1 Macc. 5, 9. Syrus habet רמתא, quaſi intelligenda ſit *Ramoth Gileaditica*.

Δαλμανουθὰ, Syr. ܕܐܠܡܢܘܬܐ, Chald. דְּאַלְמְנוּתָא *viduitatis*, ſcil. locus, i. e. viduae in peculium datus, conf. LIGTFOOTI *Decas Chorograph.* Marco praemiſſ. c. 5. Fuit nomen loci ad mare Galilaeae, Marc. 8, 10.

Δαλματία, *Dalmatia*, pars Illyrici, 2 Tim. 4, 10. ab incolis *Dalmatis* denominata, qui nomen acceperunt ab vrbe *Dalmion* ſiue *Dalmium*, de qua STRABO L. VII. Δάλμιον μεγάλη πόλις, ἧς ἐπώνυμον τὸ ἔθνος.

Δάμαρις, (retracto accentu pro Δαμαρὶς,) ὑποκοριστικὸν à δάμαρ *vxor*, q. d. *vxorcula*, (h) à rad. Aethiop. דמר, alias צמר,

 copula-

(g) Terminatio ſcil. Dualis Hebr. à Graecis efferri ſolet per εμ vel εμα: vt Ἀφαίρεμα à הֲפָרַיִם, Ῥαμαθέμ à רָמָתַיִם etc.

(h) Sic in Appellatiuis à πίναξ, *diſcus*, fit *Deminutiuum* πινακὶς *ſcutella*, à χηραμὸς, *cauerna*, χηραμὶς *cauernula*, etc.

copulauit, *coniunxit*, ſpecialiter *matrimonio*. Fuit foemina Athenienſis, à Paulo conuerſa, Act. 17, 34. GROTIVS mauult legere Δάμαλις i. e. *iuuenca*; ſed permutatas ſaltem eſſe litteras ρ et λ, ſtatuit GODOFR. OLEARIVS in Diſſert. de *geſtis Pauli in vrbe Athenarum* §. 22.

Δαμασκὸς, *Damaſcus*, Hebr. דַּמֶּשֶׂק i. e. *ſummopere rubra*: (*Onom. V. T.* p. 439.) vrbs Syriae notiſſima, Iudith. 1, 7. 1 Macc. 11, 62. Act. 9, 2. 2 Cor. 11, 32. Gal. 1, 17. etc.

Inde eſt *Gentile*

Δαμασκηνὸς, *Damaſcenus*, 2 Cor. 11, 32. et foemin.

Δαμασκηνὴ, *Damaſcena*, ſcil. regio, Iudith. 1, 12.

Δανιὴλ, Hebr. דָּנִיֵּאל (pro דָּנִיאֵל) *iudex* (eſt) vel *iudicat Deus*, ex particip. דָּן et אֵל, intercedente Iod *Compaginis*, de quo vid. *Onom. V. T.* Sect. I. §. 8. Nomen eſt prophetae, 1 Macc. 2, 60. Hiſtor. Suſan. v. 45. Hiſtor. Beli et Drac. v. 2. Matth. 24, 15. Marc. 13, 14. etc.

Δαρεῖος, Hebr. דָּרְיָוֶשׁ i. e. Perſice *coërcitor*, vel *prudens*: (*Onom. V. T.* p. 584. ſeq.) nomen regis Perſarum, 1 Macc. 1, 1. Eſr. 2, 30. c. 3, 1. c. 4, 47. etc. Sed 1 Macc. 12, 7. pro Δαρεῖος legendum eſſe Ἄρειος, *Arius*, (i. e. *Martialis*, *bellicoſus*, ab Ἄρης *Mars*,) tantum non omnes monent Interpretes et ipſa res ſuadet, conf. pluribus ALB. GENTILIS Diſſert. ad 1 Macc. 9. inſerta Tomo V. *Bibliorum Crit.* Sic ibid. v. 20. Ὀνιάρης corruptum eſt ex Ὀνίᾳ Ἄρειος. Conf. GROTIVS et DRVSIVS ad h. l.

Δαυὶδ, Hebr. דָּוִד *dilectus*: (*Onom. V. T.* p. 60.) filius Iſai, rex Iſraëlitarum, Sir. 45, 25. c. 47, 1. 1 Macc. 1, 33. Sed in N. T. ſemper ſcribitur Δαβὶδ, vt Matth. 1, 1. 6. c. 9, 27. Luc. 1, 32. etc.

Δάφνη, i. e. *laurus*: dictum eſt templum Apollinis et Dianae cum *laureto* prope Antiochiam Syriae, 2 Macc. 4, 33. quae vrbs inde diſcriminis cauſa vocata eſt *Epidaphnes*, i. e. ἐπὶ δάφνης, *apud Daphnen*, vid. CELLARII *Notit. Orb. antiq.* T. II. L. III. c. 12. §. 34. et 35.

Δεββωρὰ, Hebr. דְּבוֹרָה h. e. *apis*: (*Onom. V. T.* p. 395.) auia

auia Tobiti, Tob. 1, 8. Sed LXX. pro דְּבוֹרָה habent Δεββῶρα Iud. 4, 4. c. 5, 1. et Δεββώρα ſecundum codicem Alexandr. Gen. 35, 8.

Δεκάπολις, *Decapolis*, i. e. *decem vrbes:* pars Galilaeae Inferioris, *decem vrbes* complexa, Matth. 4, 25. Marc. 5, 20. c. 7, 31. conf. LIGTFOOTI *Decas Chorograph.* Marco praemiſſ. c. 7.

Δέρβη, vrbs Lycaoniae vel Iſauriae, Act. 14, 6. 20. c. 16, 1. quae etiam Ἀρκεύθη i. e. *iuniperus*, et Δέλβεια, quod lingua Lycaonica ſimiliter *iuniperum* notat, teſte STEPHANO *de Vrb.* (i)

Inde eſt *Gentile*

Δερβαῖος, *Derbenſis*, Act. 20, 4.

Δεσσαὺ, nomen vici, 2 Macc. 14, 16. HILLERO ſic dicti à Chald. דִּישַׁי pro דִּישׁוּת *trituratio*, à דוש *triturare*.

Δῆλος, *Delus*, Cycladum nobiliſſima, 1 Macc. 15, 23. ex coniectura BOCHARTI in *Canaan* L. II. c. 14. a Syr. ܕܚܠ *timor*, metonymice *Deus, qui timetur*, à Deo ſcil. Apolline, in ea cum ſorore Diana nato et impenſe coli ſolito.

Δῆμας, decurtatum, vt HILLERO videtur, ex Δήμαρχος i. e. *populi rector* ſiue *princeps*, ſicut *Antidamas* ex *Antidamarchus*; aliis, vt VOSSIO de *Analog.* L. I. c. 5. GROTIO ad Col. 4, 14. etc. ex Δημήτριος. Fuit *Demas* vir, cuius mentio fit Col. 4, 14. 2 Tim. 4, 10. Philem. v. 24.

Δημήτριος, *Cerealis*, i. e. *Cereri dicatus*, à Δημήτηρ, *Ceres*, *Magna Mater:* 1) filius Seleuci, rex Syriae, 1 Macc. 7, 1. c. 8, 31. c. 9, 1. 2 Macc. 1, 7. c. 14, 1. etc. 2) auriſaber Athenienſis, Act. 19, 24. 38. 3) alius, Chriſtianus bonae notae, 3 Ioh. v. 12.

Δημοφῶν, (k) h. e. δῆμον φάων, *populum occidens:* nomen praefecto

(i) Recte PASOR in Lex. Graec. N. T. cum nomine Δέρβη confert radicem דרב, Arab. ذرب *acutus fuit*, vnde et דָּרְבָן *aculeus:* eſt enim *iuniperus* frutex *aculeatus*. Conferri quoque poteſt Arab. ذلب nomen arboris, quae GOLIO eſt *platanus*, rectius forſitan *iuniperus*.

(k) Pro quo Poëtae per Dialyſin, ipſis conſuetam, dicerent Δημοφάων: vnde *Demo-*

fecto militum conueniens, qualis fuit ille, cuius mentio fit 2 Macc. 12, 2. Poſſet tamen etiam deduci ex *φάω*, alias *φαέθω* et *φαίνω*, *luceo*, *lucem praebeo*, *colluceo*, et explicari *populo lucem praebens*; ſicut dicitur *φαεσίμβροτος lucens mortalibus*, et apud PLATONEM in *Timaeo: ἵνα εἰς ἅπαντα φαίνοι τὸν οὐρανὸν*, vbi *φαίνω* tranſitiue ponitur.

Δίδυμος, vid. infra Θωμᾶς.

Διόνυσος, *Bacchus*, 2 Macc. 6, 7. c. 14, 33. Graeci compoſitum eſſe volunt ex Ζεὺς, gen. Διὸς, nomine patris eius, et Νῦσα, vrbe Arabiae, vbi educatus eſſe fertur: vnde et ſimpliciter *Nyſaeus* appellatur. Sed aliam coniecturam attuli in Diſſert. de *Thammus*.

Inde eſt *Poſſeſſiuum*

Διονύσιος, i. e. *ad Bacchum pertinens*, *Bacchicus*, *Baccho dicatus:* nomen Areopagitae, Act. 17, 34. Sed Neutr. plur.

Διονύσια, *Bacchanalia*, feſtum in honorem *Bacchi*, 2 Macc. 6, 7.

Διοσκορίνθιος, nomen menſis, 2 Macc. 11, 21. vel à Iouis filio *Corintho*, à quo et prouerbium natum: Διὸς Κόρινθος, apud PINDARVM *Nem.* VII. 155. (vbi vid. Scholiaſt.) PLVTARCHVM *aduerſus Stoicos*, ARISTOPHANEM in *Ran.* et *Eccleſ.* PHILOSTRATVM in *Antipatro*, HESYCHIVM, etc. de quo vid. MANVTIVS in *Adag.* p. 459. ſeq. et ERASMVS in *Adag.* p. 678. conf. et Doctiſſ. I. L. SCHVLZII *Specimen Obſeruat. in Suidam* §. 6. Vel à Δῖος, nomine menſis apud Macedones, et forſitan etiam apud Corinthios: vnde I. A. FABRICIVS in *Menolog.* p. 60. pro Διοσκορίνθιος l. c. legendum putat Δίου Κορινθίου.

Διόσκουροι, i. e. Διὸς κοῦροι, (poetice vel Ionice pro κόροι,) *Iouis pueri:* quo nomine vocantur *Caſtor* et *Pollux*, Iouis ex Leda filii, nautarum patroni, Act. 28, 11.

Διοτρε-

Demophoon, Nomen *Propr.* aliquot viris apud Profanos commune. Vulgo accentuatur Δημοφών, ſed praeter analogiae rationem: legendum ergo Δημοφῶν, vt alia ſimilia, e. g. Ἀντιφῶν, Κηφισοφῶν, Κλειτοφῶν et Κλεοφῶν, Ξενοφῶν etc.

Digitized by Google

Διοτρεφὴς, h. e. *à Ioue nutritus*, *Iouis alumnus:* nomen viri, 3 Ioh. v. 9. Apud HOMERVM διοτρεφὴς paſſim eſt epitheton regum, vel quod à Ioue originem ducant: vnde ab HESYCHIO exponitur ἐκ τοῦ Διὸς ἕλκων τὸ γένος; vel quod ab eo regnum adipiſcantur: et ſic de more regum nomina aſſumendi conf. *Onom. V. T.* p. 359. not. (g).

Δορκὰς, vid. infra Ταβιθά.

Δορυμένης, (retracto accentu pro Δορυμενὴς,) h. e. *haſtâ validus*, *haſtâ valide pugnans*, ex δόρυ *haſta*, et μένος *robur:* (l) pater Ptolemaei cuiusdam, 1 Macc. 3, 38. 2 Macc. 4, 45.

Δρίμυλος, (retracto accentu pro Δριμύλος,) i. e. *ſubacris* vel *ſubgrauis*, oculis ſcil. vel vultu, q. d. *truculentulus:* (m) pater Doſithei cuiusdam, 3 Macc. 1, 3.

Δρούσιλλα, *Druſilla*, ὑποκοριστικὸν foemin. à maſc. *Druſus*, quod nominis primus M. Liuius Aemilianus, interfecto hoſte, cui *Druſo* nomen erat, aſſumſit et propagauit: vnde et Liuia *Druſilla* Auguſti vxor, et *Druſilla* filia Germanici. In ſacris memoratur *Druſilla*, filia Herodis Agrippae, vxor Felicis, in honorem familiae *Druſorum* vel Liuiae *Druſillae* ſic appellata, Act. 24, 24.

Δωθαΐμ, Hebr. דֹּתָיִן *puteus geminus:* (*Onom. V. T.* p. 233.) nomen vrbis, Iudith. 4, 6. c. 7, 3. 18. c. 8, 3.

Cum terminatione Graeca dicitur

Δωταία, Iudith. 3, 9. niſi hoc potius ſit Denominatiuum, *Dotbaea*, ſcil. ditio ſiue tractus vrbis *Dotbaim*.

Δὼκ, nomen caſtelli Hierichuntini, 1 Macc. 16, 15. q. d. *ſpecula*, à rad. Chald. et Syr. דוק *ſpeculari*, vnde et deſcendit Graec. δόκη *inſidiae*. Conf. 2 Chron. 26, 10.

Δωρᾶ,

(l) Sic Armen. *Tigran*, h. e. *haſtâ felix*, nomen fuit regis Armeniae, de quo vid. I. I. SCHROEDERI Diſſert. de *lingua Armen.* c. I. §. 18. et Appellatiua Graeca δορυσθενὴς *haſtâ validus*, δορυθαρσὴς *haſtâ audax*, δορύμαργος *haſtâ furens*, δορυμάχης *haſtâ pugnans*, etc.

(m) Vnde δρίμυλα ὄμματα in *Epigram.* Terminatio υλος eſt *Deminutiua.* Sic à Primitiuo maſc. δριμὺς dicitur δριμὺ βλέμμα, *grauis vultus*, apud HERODIAN. et δριμὺ βλέπων, *torue intuens*, apud ARISTOPHAN.

Λωρᾶ, Hebr. דּוֹר i. e. *habitatio, habitaculum:* (*Onom. V. T.* p. 235.) vrbs Manaſſitarum, 1 Macc. 15, 11 13. 25.

Δωσίθεος, i. e. δῶσις Θεȣ̃, *donum Dei:* dux exercitus Iudaeorum, 2 Macc. 12, 19. 24. 35. Conf. infra ſimilis argumenti Nomina *Propr.* Ζαβδιὴλ, Ζεβεδαῖος, Ζηνᾶς, Ἡλιόδωρος, Θεόδοτος. (n)

E.

Ἐβὲρ, Hebr. עֵבֶר *tranſitus:* (*Onom. V. T.* p. 189.) filius Selae, Luc. 3, 35.

Inde eſt *Gentile*, mutato Spiritu,

Ἑβραῖος, *Hebraeus*, 2 Macc. 7, 31. c. 11, 13. Act. 6, 1. 2 Cor. 11, 22. Phil. 3, 5. et foemin.

Ἑβραΐς, *Hebraea*, Act. 21, 40. c. 22, 2. c. 26, 14.

Ab Ἑβραῖος porro eſt Adiectiuum *Poſſeſſiuum*

Ἑβραϊκὸς, *Hebraicus*, Luc. 23, 38.

Ἐδδινȣ̀ς vel Ἐδδιδȣ̀ς, Eſr. 1, 15. corruptum ex Hebr. יְדֻתוּן, nomine Leuitae, (*Onom. V. T.* p. 350.) coll. 2 Chron. 35, 15.

Ἔδνα, quod LXX. habent pro Hebr. עֶדְנָה h. e. *voluptas, delicium*, 1 Chron. 12, 20. fuit nomen vxoris Raguelis, Tob. 7, 2. 8. 16. c. 8, 12. etc. vid. *Onom. V. T.* p. 177.

Ἐζεκίας, Hebr. חִזְקִיָּה *robur Domini:* (*Onom. V. T.* p. 530.) Fuit 1) rex Iudae, Sir. 48, 17. 22. c. 49, 4. 2 Macc. 15, 22. Matth. 1, 9. 10. 2) alius, Eſr. 5, 15. 43. Sed Eſr. 9, 14. corrupte dicitur pro Hebr. יַחְזְיָה i. e. *reſpicit Dominus*, coll. Eſr. Canon. c. 10, 15. vid. *Onom. V. T.* p. 533.

Ἐιμαλκȣὲ, eſt Arab. أَلْمَالِكُ vel أَلَّمَالِكُ (o) *ammalecu* vel *emma-*

(n) Talia ſunt Syrorum Propria: *Marjab*, h. e. Dominus dedit, *Eljab*, Deus dedit, *Gadjab*, fortuna dedit, *Ieſu jab*, Ieſus dedit, *Iab alaha*, dedit Deus, *Ihiba*, donatus. Perſica: *Dadjezd* i. e. dedit Deus, *Dadjeſu*, dedit Ieſus, *Ieſu dad*, Ieſus dedit, *Hormisdates*, Iupiter dedit; et Turcica: *Allawirdi* et *Chodawirdi*, h. e. à Deo datus etc. Plura vid. in *Onom. V. T.* p. 409. not. (z).

(o) Lam Articuli per *Teſdid* inſcripto: quod quidem alias regulariter tantum ante litteras *ſolares* fieri ſolet, qua de re vid. ERPENII *Gram. Arab.* p. 22. Indidem ſunt Punica *Amilco*, *Amilcus*, *Imilco* ſiue *Himilco* etc.

emmalecu, i. e. *rex:* nomen Arabis cuiuſdam, 1 Macc. 11, 39. Conf. Hebr. מֶלֶךְ in *Onom. V. T.* p. 172. et add. EVSTATHIVS ad HOM. *Odyſſ.* I. 386. et *Relat. Malabar.* Continuat. XXXVIII. p. 287.

Ἐιρώχ, vid. ſupra Ἀρώχ.

Ἐκβάτανα, metropolis Mediae, Tob. 3, 7. c. 6, 5. 17. Iudith. 1, 1. 2. 2 Macc. 9, 3. Eſr. 6, 23. quam BOCHARTVS in *Phaleg* L. III. c. 14. ſic dictam putat à *varietate colorum*, quibus ſeptem eius muri diſtinguebantur, coll. Arab. اغبث *vario colore diſtinctus.* Aliis deflexum eſt ex אַחְמְתָא, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 578. *b* et *m* permutatis. RELANDVS in Diſſert. de *vet. lingua Perſ.* §. 5. deriuat ex Perſ. اك *dominus*, *magnus*, et ابادان *locus cultus incolisque refertus.* Denique HYDIO de *religione Vet. Perſ.* p. 541. 542. eſt ſimplex ابادان, et κ mere Epentheticum, à Graecis additum ex confuſione cum notiore nomine vrbis Syriae *Ecbatana.*

Ἐκρεβήλ, Iudith. 7, 18. corruptum eſt ex Ἐκρεβὴτ vel Ἐκρεβὰτ; et certe etiam Syrus legit ܥܩܪܒܬ: vt idem locus ſit, qui alias עַקְרַבִּים vel Ἀκραβαττήνη, de quo vid. ſupra p. 20.

Ἐλαμίτης, *Elamita*, *Perſa*, Act. 2, 9. *Gentile* ab Ἐλάμ, Hebr. עֵילָם, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 361. confra infra Ἐλυμαῖος.

Ἐλεάζαρ, Hebr. אֶלְעָזָר *Deus opitulatus eſt:* (*Onom. V. T.* p. 492.) fuit 1) filius Aaronis, Sir. 45, 23. Eſr. 8, 2. 2) filius Mattathiae, 1 Macc. 2, 5. qui terminatione Graeca vocatur Ἐλεάζαρος 2 Macc. 8, 23. 3) alius, 1 Macc. 6, 43. 4) filius Eliudi, Matth. 1, 15. 5) filius Pinchaſi cuiuſdam, Eſr. 8, 63.

Cum terminatione Graeca eſt

Ἐλεάζαρος, 1) pater Iaſonis cuiuſdam, 1 Macc. 8, 17. 2) alius, martyr Iudaeus, 2 Macc. 6, 18. 24. 3) filius Mattathiae, 2 Macc. 8, 23. qui alias Ἐλεάζαρ, vti modo dictum. 4) alius, ſacerdos, Eſr. 9, 19. 5) alius, Eſr. 9, 26.

Ex Ἐλεάζαρος per Aphaereſin natum eſt Λάζαρος, quod vid. infra ſuo loco.

Digitized by Google

Ἐλεασὰ, nomen oppidi, ab *Eleaſa* quodam denominati, 1 Macc. 9, 5. De nomine viri *Eleaſa*, Hebr. אֶלְעָשָׂה i.e. *Deus fecit*, vid. *Onom. V. T.* p. 492.

Ἐλεύθερος, *liber*, i. e. *libere fluens:* fluuius Syriae vel Phoenices, 1 Macc. 11, 7. c. 12, 30. Sed nomen potius ex Oriente deriuandum eſt, à Graecis ad analogiam linguae ſuae deflexum, coll. Sect. I. §. 10. Quidam enim fluuium illum ex Libano in *Ituraea* prorumpere perque regionem Hemath et Rehob atque Galilaeam gentium fluere tradunt, vid. BORCHARDI *Deſcript. Terrae S.* c. 2. §. 6. Graeci itaque, audientes vocari flumen אליטור *Eljetur* i. e. *Ituraeae*, vel אליטורי *Eljeturi* h. e. *Ituraei*, mutarunt illud nomen in notius, cum fluuio Siciliae commune. Alii flumen illud alibi quaerunt: qua de re vid. RELANDI *Palaeſt.* p. 292. CELLARII *Notit. Orb. antiq.* T. II. L. III. §. 97. LA ROCQUE *Itinerar. Syriae et montis Libani* p. 214. ſeq. SCHAW *Itiner.* T. II. p. 9. MAVNDRELLII *Itinerar.* p. m. 32. 33. etc.

Ἐλιὰβ, Hebr. אֱלִיאָב (cui) *Deus pater* (eſt), coll. *Onom. V. T.* p. 488. filius Nathanaëlis cuiusdam, Iudith. 8, 1.

Ἐλιακεὶμ, Hebr. אֶלְיָקִים (quem) *Deus ſtabiliat* ſiue *ſubſiſtere faciat:* (*Onom. V. T.* p. 490.) fuit 1) filius Abiudi, Matth. 1, 13. 2) alius, filius Meleae, Luc. 3, 30.

Ἐλιάσιβος, nomen viri, Eſr. 9, 1. Hebr. אֶלְיָשִׁיב *Deus retribuit*, vel *Deus reducat:* (*Onom. V. T.* p. 491.) coll. Eſr. Canon. c. 10, 6.

Ἐλιέζερ, Hebr. אֱלִיעֶזֶר *Dei auxilium:* (*Onom. V. T.* p. 489.) quidam ex maioribus Chriſti, Luc. 3, 29.

Ἐλιοὺδ, Hebr. אֱלִיהוּד h. e. *Dei gloria:* filius Achimi, Matth. 1, 14. 15. Conf. ſimilis argumenti Nomina *Propr.* יוֹכֶבֶד, הוֹדַוְיָה, מַהֲלַלְאֵל etc. ſic Syr. *Schubchalmaran* h. e. gloria Domino noſtro, *Schubchaljeſu* gloria Ieſu, etc. Plura vid. in *Onom. V. T.* p. 528.

Ἐλισάβετ, Hebr. אֱלִישֶׁבַע *Dei iuramentum*, i. e. *diuinitus promiſſa:* vxor Zachariae, mater Iohannis Baptiſtae, Luc. 1, 5. 7. 13. etc. Conf. אֱלִישֶׁבַע et יְהוֹשֶׁבַעַת in *Onom. V. T.* p. 491. et 516.

Ἐλισαιὲ,

Digitized by Google

'Ἐλισσαιὲ, Hebr. אֱלִישָׁע *Dei adſpectus:* (*Onom. V. T.* p. 491.) nomen prophetae, Sir. 48, 12.

Cum terminatione Graeca dicitur

'Ἐλισσαῖος, Luc. 4, 27.

'Ἐλκία, Hebr. חִלְקִיָּה vel חִלְקִיָּהוּ *portio Domini* i. e. *diuinitus conceſſa:* (*Onom. V. T.* p. 530.) quidam ex maioribus Iudithae, Iudith. 8, 1. Conf. nomen aui illius Χελκίας, et ſimilia Syro-Perſica: *Bochtjeſu* i. e. ſors Ieſu, *Marabocht* Domini ſors *Bochtjezd* ſors Dei, etc.

"Ἕλλην, *Graecus*, 1 Macc. 1, 10. c. 6, 2. Ioh. 7, 35. c. 12, 20. etc. Quidam *Hellenas* dictos eſſe volunt ab Hebr. הַלָּנִים h. e. *pernoctantes in diuerſorio*, conf. CLERICVS in *Biblioth. vniuerſ.* T. VI. p. 55. ſeq. quod tamen longius petitum videtur. HILLERVS illorum nomen deriuat à Phoenic. עֲלִין ſiue עֲלָלִין *aduenae;* quemadmodum et *Graji*, i. e. גֵּרַיָּא *peregrini*, ex eodem argumento nomen acceperunt. Sed ab *Eliſa*, filio Iauanis, nomen regionis illorum *Hellas* deducit BOCHARTVS in *Phaleg* L. III. c. 4. Indidem ipſum "Ἕλλην, pro quo primitus pronunciatum ſit "Ἕλλης, ortum eſſe, contendit VAL. ERN. LOESCHERVS in *Ione* L. II. c. 2. §. 3.

Ab "Ἕλλην deſcendit 1) duplex Foemininum:

'Ἑλληνὶς, *Graeca*, 2 Macc. 6, 8. Marc. 7, 26. Act. 17, 12. et

'Ἑλλὰς, (per Syncopen pro 'Ἑλληνὰς, ſicut 'Ιὰς pro 'Ιωνὰς, εἰκὰς pro εἰκοσιὰς ab εἴκοσι, τριακὰς pro τριακοντὰς, etc.) *Graeca*, ſcil. regio, Graecia, 1 Macc. 1, 1. c. 8, 9. Act. 20, 2. 'Ἑλλὰς γλῶσσα, *lingua Graeca*, dicitur apud ARRIANVM etc.

2) Adiectiuum *Poſſeſſiuum*

'Ἑλληνικὸς, *Graecanicus*, Luc. 23, 38. Apoc. 9, 11.

'Ἐλμωδὰμ, vnus ex maioribus Chriſti, Luc. 3, 28. In codice quodam veteri pro eo legitur 'Ἐλμωδὰδ, et ſic etiam Syrus et Perſa habent; Graeci quoque Interpretes Hebr. אַלְמוֹדָד, *immenſus*, h. e. *in immenſum creſcens*, (*Onom. V. T.* p. 456.) exprimunt 'Ἐλμωδὰμ Gen. 10, 26.

'Ἐλοὺλ, Hebr. אֱלוּל i. e. *finis*, anni ſcil. ciuilis: nomen menſis apud Hebraeos, 1 Macc. 14, 27. conf. *Arcan. Form. Hebr.* p. 125.

'Ἐλυμαῖος, *Elymaeus*, idem quod 'Ἐλαμίτης, *Elamita*, i. e. *Perſa*, Iudith. 1, 6. *Gentile* eſt, formatum ab 'Ἐλὰμ, Hebr. עֵילָם, filio Semi, qui Ioſepho 'Ἔλυμος, vid. LXX. Gen. 10, 22. Hebraeorum (..) praeter morem ſic per ε expreſſo.

Ab עֵילָם vel terminatione Chald. עֵילָם fit *Gentile* Chald. עֵלְמַי, indeque Graecum 'Ἐλυμαῖος. (p) Hinc eſt *Gentile* foemin.

'Ἐλυμαΐς, *Elymais*, regio et vrbs Perſiae, Iudith. 2, 11. 1 Macc. 6, 1. ſubintellecto χώρα et πόλις.

'Ἐλύμας, h. e. *ſapiens*, *magus*, Arab. عَلِيم: nomen vel titulus à Barjeſu, Iudaeo mago, affectatus, Act. 13, 8. vbi per μάγος explicatur. FRID. SPANHEMIVS in *Dub. Euangel.* P. II. p. 268. ſeq. decurtatum eſſe putat ex 'Ἐλυμαῖος *Perſa*, quod vero pro *mago* ſiue *hariolo* accipiatur; ſicut *Chaldaeus* etiam *hariolum* denotet. LACKEMACHERVS in *Obſeruat. Philolog.* P. II. p. 163. ſeq. refert ad Chald. אֲלִים *fortis*, *robuſtus*, alii demum aliter, conf. PFEIFFERVS in *Hebraicis et Exot. N. T.* Loc. 39. et HARENBERGIVS in *Muſeo Brem.* Vol. I. p. 660. ſeq.

'Ἐμμανουὴλ, Hebr. עִמָּנוּאֵל *nobiſcum Deus:* (*Onom. V. T.* p. 507.) nomen propheticum Seruatoris noſtri, Matth. 1, 23.

'Ἐμμαοὺμ, corruptum ex Hebr. חַמִּים Talmudicis *aquae calidae, thermae:* fuit vrbs, *thermis* abundans, poſtea *Nicopolis* dicta, 1 Macc. 3, 46. 57. c. 4. 3. c. 9, 50. vid. de *thermis* illis paſſim IOSEPHVS, cui 'Ἀμμαοὺς vocatur, eiusque nomen per Θερμὰ explicatur, vt *Antiquit. Iud.* L. XVIII. c. 3. de *bello Iud.* L. IV. c. 2. etc. conf. quoque REIN. REINECCII *Chronicon Hieroſol.* P. I. L. V. c. 43. RELANDI *Palaeſt.* p. 759. CELLARII *Notit. Orb. antiq.* T. II.

(p) Sicut enim ab Hebraeorum *Gentilibus* in *i*, vt עִבְרִי, fiunt Graecorum *Gentilia* in ιος vel αιος, ſic ex Chaldaeorum *Gentilibus* in *aj* deſcendunt Graeca in αῖος.

Digitized by Google

T. II. L. III. c. 13. §. 56. TROILI *Itinerar.* p. 430. etc. *Fontibus irriguam* vocat PLINIVS L. VI. c. 14. et fontibus abundare, teſtantur WILH. TYRIVS L. VII. c. 24. et TSCHVDIVS in *Itinerar.* p. 115. Fontem prope illam fuiſſe, vim medendi morbis habentem, referunt THEOPHANES in *Chronograph.* p. 41. SOZOMENVS in *Hiſtor. Eccleſ.* L. V. c. 21. et WILLIBALDVS apud RELANDVM l. c. qui tamen, vt alii multi, hoc oppidum confundunt cum vico cognati nominis, haud procul Hieroſolymis diſtante, qui terminatione magis Graeca vocatur

Ἐμμαῦς, Luc. 24, 13. Diuerſa enim fuiſſe loca, probatum dedit RELANDVS l. c. L. II. c. 6. Hanc *Emmauntem* à *thermis* nomen traxiſſe, negat CELLARIVS l. c. §. 140. quia Talmudici, nec non Interpretes Syrus, Arabs et Perſa Luc. 24, 13. eius nomen exprimunt per עמאוס, (conf. LIGTFOOTI *Chorograph. Lucae* praemiſſ. c. 4.) quod HILLERVS deriuat ab Hebr. עַם מָאוּס *populus contemtus.*

Ἐμμὸρ, Hebr. חֲמוֹר *aſinus:* (*Onom. V. T.* p. 396.) viri nomen, Act. 7, 16.

Ἐνεμεσσὰρ, nomen regis Aſſyriae, Tob. 1, 15. ex עֲנַם אֲסַר h. e. *diuitiarum princeps.* Aſſumtum videtur ex argumento nominis deaſtri *Anammelech* i. e. *diuitiarum rex,* de quo vid. *Onom. V. T.* p. 476. de אֲסַר autem p. 567. coll. ſupra Sect. I. §. 16.

Cum terminatione Graeca dicitur

Ἐνεμεσσάρος, Tob. 1, 2. 13. 16. Sed Verſiones Latina et Syra vbique habent *Salmanaſſar.*

Ἐνὼς, Hebr. אֱנוֹשׁ *homo miſer et aeger:* (*Onom. V. T.* p. 94.) filius Sethi, Luc. 3, 38.

Ἐνὼχ, Hebr. חֲנוֹךְ *initiatus, dicatus,* ſcil. Deo: (*Onom. V. T.* p. 89.) filius Iaredi, viuus in coelum ſublatus, Sir. 44, 16. c. 49, 14. Luc. 3, 37. Hebr. 11, 5. Iud. v. 14.

Ἐπαίνετος, (retracto accentu pro Ἐπαινετὸς,) *laudabilis, laude dignus:* (q) nomen viri, Rom. 16, 5.

(q) Exprimunt ſcil. Adiectiua *Verbalia* in τὸς, orta à 3 perſ. ſing. Praeteriti paſſ.

Ἐπαφρόδιτος, q. d. *accedens ἐπὶ τὴν Ἀφροδίτην ad Venerem*, h. e. *venuſtus;* ſicut in Appellatiuis *ἐπίγλυκυς ad dulce accedens, ſubdulcis, ἐπίδασυς ad denſum accedens, aliquantum denſus, ἐπίκρημνος in praecipitium vergens, ἐπίλευκος ad album accedens, albicans, ἐπίμελας ad nigrum accedens, nigricans, ἐπιπόρφυρος accedens ad purpuram*, etc. Fuit diaconus eccleſiae Coloſſenſis, Phil. 2, 25. c. 4, 18. qui et nomine decurtato

Ἐπαφρᾶς, Col. 1, 7. c. 4, 12. Philem. v. 23. Sunt tamen, qui *Epaphroditum* et *Epaphram* eandem fuiſſe perſonam negant, conf. I. D. STROBACHII Diſſert. de *Epaphra Coloſſenſi.*

Ἐπικούρειος, *Epicureus*, Adiectiuum *Poſſeſſ.* ab Ἐπίκουρος, celebris Philoſophi nomine, vnde in plur.

Ἐπικούρειοι, *Epicurei*, i. e. *Epicuri aſſeclae*, Act. 17, 18.

Ἐπὶφ, nomen menſis Aegyptiorum, 3 Macc. 6, 38. alias Ἐπιφὶ, Coptis Ἐπὴπ, ſic dicti vel ab Hebraeorum menſe אָבִיב, cui tamen ille non reſpondet, ſed potius Iulio noſtro; vel ab Aegyptiorum deaſtro *Apopi* ſiue *Aphophi*, qui alias *Epaphus*, de quo vid. P. E. IABLONSKI *Pantheon Aegypt.* P. III. L. V. c. 2. §. 22. conf. I. A. FABRICII *Menologium* p. 22. ſeq.

Ἐπιφανὴς, *illuſtris*, vel, vt LE MOYNE ad *Varia S.* p. 280. exponit, *praeſens* (numen), *conſpicuus* (Deus): quo nomine Antiochum, Syriae regem, proſecuti ſunt aſſentatores aulici, 1 Macc. 1, 10. c. 10, 1. 2 Macc. 2, 20. etc. ſicut Caligula apud PHILONEM vocatur Ζεὺς ἐπιφανὴς, quo ſenſu et ἐπιφάνεια paſſim de

paſſ. (quae Philoſophis potiſſimum vſitata eſſe, raro Oratoribus, ex ARISTOPHANE notat CANINIVS in *Helleniſmo* p. 237.) vel *id, quod factum eſt:* vt γραπτὸς *ſcriptus;* vel *quod fieri debet et conuenit:* vt βδελυκτὸς *abominandus, abominabilis;* vel *quod fieri poteſt:* vt ἀκουστὸς *qui audiri poteſt* etc. quae vtriusque poſterioris generis *Verbalia* Latini efferunt per Adiectiua in *bilis* et *ilis*. Vid. Scholiaſtes SOPHOCLIS ad *Electr.* v. 220. et THEOCRITI ad *Idyll.* I. 100. et conf. PASOR in *Lex. Graec. N. T.* ad voc. ἀμετάδοτος, ERASM. SCHMIDIVS in *Not.* ad Matth. 22, 3. GVALTPERIVS in *Gram. Graec.* p. 280. Celeb. C. B. MICHAELIS in Program. de *Spiritu S. alio Paracleto* p. 5. 6. Quaedam tamen ſic *actiue* ſignificant: vt φθεγκτὸς *qui vocem edere poteſt, vocalis*, etc. maxime à Verbis *Neutris*, quae ſignificationem *paſſiuam* non admittunt: vt θνητὸς *qui mori poteſt, mortalis* etc.

de *apparitione* et *praeſentia Deorum* dicitur: et ſic conſ. I. P. HEBENSTREIT in Diſſert. de *Epiphania et Epiphaniis apud gentiles et Chriſtianos*, IOH. KINDLERVS in Diſſert. de *Epiphaniis*, et I. S. LVPPIVS in Diſſert. de Θεοφανείαις *veterum*.

Ἔραστος, (retracto accentu pro Ἐραστὸς,) *dilectus* vel *amabilis:* (vid. praeced. Ἐπαίνετος:) nomen viri, Act. 19, 22. Rom. 16, 23. 2 Tim. 4, 20. Conf. Hebr. יְדִיד in *Onom. V. T.* p. 60.

Ἑρμᾶς, nomen viri, Rom. 16, 14. quod Doricum eſſe putat PASOR in *Lex. Graec. N. T.* pro Ἑρμῆς; ſed rectius HILLERO aliisque decurtatum videtur ex Ἑρμογένης, quod vid. ſtatim.

Ἑρμῆς, *Mercurius*, Act. 14, 12. contractum ex Ἑρμέας, pro quo Poëtae dicunt Ἑρμείας. Graeci hoc nomen deducunt ab *εἴρω dico;* aliis eſt ab Hebr. אמר *dixit:* quia fuerit Deorum *nuncius* et Deus *facundiae*. A German. Herm ſiue Harm, h. e. *aries*, deducit WACHTERVS in *Gloſſar. German.* in voc. *Hermes*. Sed rectius ab Hebr. ערם, *callidus fuit*, deriuant CLERICVS ad HESIODI *Theogon.* v. 938. et Cl. I. G. BIDERMANNVS in *Specim. Hiſtoriae profan. ex Hebr. illuſtrat.* quod fuerit *callidiſſimus*, quam *calliditatem* maxime furtis ſuis prodidit: vnde et furum Deus credebatur et *callidus* vocatur ab HORATIO, et à Poëtis Graecis πολύτροπος, ποικιλομήτης, δολομήτης, πολύμητις, σοφὸς, δόλιος, στροφαῖος, etc. Fuit et Ἑρμῆς nomen Chriſtiani Romani, quem Paulus ſalutat, Rom. 16, 14. quomodo conſ. Sect. I. §. 16.

Ἑρμογένης, (retracto accentu pro Ἑρμογενὴς) i. e. *à Mercurio genitus, Mercurii filius:* nomen viri, 2 Tim. 1, 15.

Ἕρμων, praefectus elephantorum regiorum, 3 Macc. 5, 1. 4. 6. etc. retracto accentu pro Ἑρμῶν, quod contractum eſt ex Ἑρμάων, altero *Mercurii* nomine in *Epigram.* ſicut Ποσειδῶν ex Ποσειδάων. (r)

Ἔσδρας,

(r) Solent praeſertim Poëtae carminis gratia multa Nomina hoc modo per *Epectaſin* ſiue *Epentheſin* extendere: vt Ἀμυθάων pro Ἀμυθὰν apud PINDAR. Ἀλκμάων per Ἀλκμὰν, Τυφάων Poëtis idem qui Τύφων. Sic Appellatiua *διδυμάων*, *ξυνάων*, (Ionice *ξυνήων*,) *καιάων*, (Ionice *καιήων*,) pro *δίδυμοι*, *ξυνὸς*, *καιὼν* etc.

Ἔσδρας, Hebr. עֶזְרָא *auxilium*, ſcil. parentum: (*Onom. V. T.* p. 186.) filius Serajae, ſacerdos et ſcriba, Eſr. 8, 1. 3. 7. c. 9, 1. 7. etc.

Ἐσδρηλώμ, campus fertiliſſimus prope vrbem יִזְרְעֶאל h. e. (quam) *ſeminat* ſiue *conſerit Deus:* (*Onom. V. T.* p. 498.) Iudith. 1, 8. c. 7, 3. pro quo etiam occurrit

Ἐσδρηλών, Iudith. 3, 9. c. 4, 6. Hebraeorum ז vtrobique per σδ expreſſo, vt alibi, et addita quaſi terminatione *augmentatiua*, de qua vid. *Arcan. Form. Hebr.* p. 563. et 583. ad inſinuandam maximam illius campi *amplitudinem*, cuius quippe longitudo eſt 24, latitudo 12 milliarium Italicorum, vt teſtatur MYLLERVS in *Itinerar. Orient.* p. 78. vel, vt habet STOCHOVIVS in *Itinerar.* p. 346. longitudo 7, latitudo 3 milliarium. Conf. et de campo illo *Itineraria* TROILI p. 416. COTOVICI p. 356. et MAVNDRELLI p. 155. edit. German.

Ἔσδρις, Hebr. עֶזְרִי *auxilium* (Dei), cum terminatione Graeca, vid. LXX. 1 Chron. 27, 28. et *Onom. V. T.* p. 186. Nomen fuit ducis cuiusdam, 2 Macc. 12, 35. Conf. ſimilis argumenti Nomina *Propr.* ibid. p. 149. not. (x), quibus adde Arab. *Nesralla* h. e. *auxilium Dei*, et Perſ. *Isdegerdes* ſiue *Izdegerdes* i. e. *Dei auxilium.*

Ἐσεβωνίτης, *Hesbonita*, Iudith. 5, 15. *Gentile* ab Ἐσεβών, Hebr. חֶשְׁבּוֹן, vrbis nomine.

Ἐσερεβίας, Hebr. שֵׁרֵבְיָה i. e. *ſolutus* ſiue *liberatus per Dominum:* (*Onom. V. T.* p. 547.) nomen Leuitae, Eſr. 8, 54. coll. Eſr. Canon. c. 8, 24.

Ἐσλί, Hebr. אֲצַלְיָ (ex אָצַל) *ſeparatus* (Dei), i. e. *quem eximie diſtinxit Deus*, vel *ſeparatus* i. e. *deuotus Deo:* nomen viri, Luc. 3, 25. Conf. אָצַל et אֲצַלְיָהוּ in *Onom. V. T.* p. 25. et 525. Sed Syrus illud expreſſit per חֶסְלִי vt ſit à חסל Chald. *compleuit, perfecit:* quomodo conf. ad nominis rationem Hebr. גֹּמֶר et גְּמַרְיָה, ib. p. 192. et 527.

Ἐσρώμ, et ſec. quosdam codices, Ἐσρών, Hebr. חֶצְרוֹן i. e. *praeſi-*

praeſidium firmum: (*Onom. V. T.* p. 337.) filius Perezi, Matth. 1, 3. Luc. 3, 33. vid. LXX. Ruth. 4, 18. 1 Chron. 2, 5. 9, 18. c. 4, 1.

Ἔυα, Hebr. חַוָּה *vita:* (*Onom. V. T.* p. 251.) nomen primae mulieris, vxoris Adami, Tob. 8, 6. 2 Cor. 11, 3. 1 Tim. 2 13.

Ἔυβουλος, h. e. *bene conſulens, conſultus:* nomen Chriſtiani Romani, 2 Tim. 4, 21.

Ἐυμένης, (retracto accentu pro Ἐυμενὴς,) *animo bene affectus, beneuolus, clemens:* Rex Pergami, 1 Macc. 8, 8.

Ἐυνίκη, h. e. *egregia victrix*, tanquam à maſc. ἔυνικος, quod nomen ſtatuarii eſt apud PLINIVM; vel aſſumtum eſt ab *Eunice* Nympha, Oceani filia, coll. Sect. I. §. 16. Fuit *Eunice* mater Timothei, 2 Tim. 1, 5. vbi quidam codices habent Ἐυνείκη, h. e. *bene rixans, bona rixatrix*, minus bene: quia id nominis magis ad vituperium, quam ad laudem faceret, quale nomen parentes filiae impoſuiſſe vix credibile eſt.

Ἐυπάτωρ, *bono patre natus*, i. e. *nobilis, generoſus:* cognomen Ptolemaei, regis Aegypti, 1 Macc. 6, 17. 2 Macc. 2, 20. c. 10, 10. 13. c. 13, 1.

Ἐυπόλεμος, h. e. *bellicoſus, fortis in bello:* filius Iohannis cuiusdam, Iudaeorum ad Romanos legatus, 1 Macc. 8, 17. 2 Macc. 4, 11.

Ἔυτυχος, *fortunatus, felix:* adoleſcens à Paulo ex mortuis reſuſcitatus, Act. 20, 9. Conf. אָשֵׁר in *Onom. V. T.* p. 31.

Ἐυφράτης, conflatum ex Perſ. آو *aqua*, (Gallis noſtris *eau*, veterioribus *au* ſiue *aaw*;) et ex פְּרָת: (*Onom. V. T.* p. 248.) fluuius Aſiae, Iudith. 1, 6. Sir. 24, 26. 1 Macc. 3, 32. Eſr. 1, 25. 27. 32. Apoc. 9, 14. c. 16, 12. Falluntur OVSELIVS ad MINVT. FELIC. p. 76. et ANT. THYSIVS ad SALLVSTII *Fragment. Euphratis* nomen deriuantes à rad. Arab. פרט *inundauit*, vnde cum Articulo ſit אלפרט *inundatio*, et porro corrupte *Euphrat*, *Euphrates*.

Ἐυωδία, *odor ſuauis, bona fragrantia:* nomen foeminae Philippenſis, Phil. 4, 2. Ad nominis rationem conf. Hebr. טֹפַת, קְטוֹרָה, קְצִיעָה etc. Sic Malabar. *Kaſtûri*, i. e. *moſchus*,

eſt

eſt quoque Nomen *Propr.* de quo vid. *Relat. Malabar.* Continuat. 31. p. 758. (s) Quidam codices l. c. habent Ἐυοδία, *felix iter*, h. e. *proſper ſucceſſus.*

Ἔφεσος, vrbs Ioniae, Act. 18, 19. c. 19, 1. c. 20, 16. 1 Cor. 15, 32. Eph. 1, 1. Apoc. 1, 11. etc. ſec. HILLERVM ſic dicta ab Hebr. אֶפֶס *terminus, finis:* fuit enim, ſaltem *Epheſus* illa antiqua, *maritima*, vnde παῤῥαλίη vocatur à DIONYSIO *Perieg.* v. 827. et olim pro portu inſeruiit, fluuio Cayſtro naues ibi recipiente. (t)

Gentile eſt

Ἐφέσιος, *Epheſius*, Act. 19, 28. 34. 35. c. 21, 29. et aliud Adiectiuum *Poſſeſſiuum*, Forma, vt videtur, Latina,

Ἐφεσῖνος, *Epheſinus*, Apoc. 2, 1.

Ἐφραΐμ, Hebr. אֶפְרַיִם *fructus geminus:* (*Onom. V. T.* p. 187.) filius Ioſephi patriarchae, metonymice eius poſteri, Iudith. 6, 2. Sir. 47, 21. 22. Aliud eſt nomen vrbis, Ioh. 11, 54. quae vel eadem eſt cum אֶפְרַיִם 2 Sam. 13, 23. vel potius cum עֶפְרַיִן, vrbe in finibus tribus Ephraim, ſec. Kri 2 Chron. 13, 19. ſed Kethibh habet עֶפְרוֹן, (vid. *Onom. V. T.* p. 342. et conf. LIGTFOOTI *Centur. Chorograph.* Matthaeo praemiſſa c. 53. et eiusd. *Disquiſit. Chorograph.* Iohanni praemiſſ. c. 7. §. 1.) et ſic quoque vocatur

Ἐφρὼν, 1 Macc. 5, 46. 2 Macc. 12, 27.

Z.

Ζαβαδχίας, nomen viri, Eſr. 9, 35. qui Hebr. זָבַד (quem) *donauit*, ſcil. Deus: (*Onom. V. T.* p. 407.) coll. Eſr. Canon. c. 10, 43.

Aliud eſt

Ζαβδχίας, ſimile nomen viri, Eſr. 9, 21. qui Hebr. זְבַדְיָה (quem) *donauit Dominus:* (*Onom. V. T.* p. 529.) coll. Eſr. Canon. c. 10, 20.

Ζαβδιὴλ,

(s) Simili modo Graec. μύρον, *vnguentum*, eſſe inter voces blanditiarum amatoriarum, obſeruat Cl. I. A. SCHIER ad BIONEM p. 52.

(t) RICAUT in *Hiſtoire de l'Etat preſent de l'Egliſe Grecque* p. 37. *Anciennement on la regardoit comme un port de mer, à cauſe, que le Caiſtre pouvoit recevoir à ſon embouchûre les vaiſſeaux de ce temps-là.*

Ζαβδιὴλ, Hebr. זַבְדִּיאֵל *donum Dei:* (*Onom. V. T.* p. 496.) rex Arabiae, 1 Macc. 11, 17.

Ζαβεδαῖος, Zabedaeus, (Syrus habet *Zabidaeus*,) 1 Macc. 12, 31. *Gentile* ab oppido vel vico Arabiae Felicis *Zabida*, cuius mentionem facit STEPHANVS *de Vrb.* GROTIVS pro eo ſubſtituit *Ναβαταῖος:*

Ζαβουλὼν, Hebr. זְבֻלוּן *habitatio exoptata:* (*Onom. V. T.* p. 350.) filius Iacobi patriarchae, metonymice eius poſteri, Matth. 4, 13. 15. Apoc. 7, 8.

Ζακχαῖος, Hebr. זַכַּי *purus* i. e. *juſtus fuit* vel *juſtum ſe exhibuit Dominus:* (*Onom. V. T.* p. 554.) fuit 1) dux exercitus Iudaeorum, 2 Macc. 10, 19. 2) praefectus publicanorum, Luc. 19, 2. 5. 8.

Ζαμβρὶ, ex Hebr. זִמְרִי *cantio* (Domini), interpoſito *β*, vid. LXX. Num. 25, 14. et *Onom. V. T.* p. 145. Fuit princeps Simeonitarum, 1 Macc. 2, 26. Sed Eſr. 9, 34. *Ζαμβρὶ* corruptum eſt ex שְׁמַרְיָה, coll. Eſr. Canon. c. 10, 41.

Ζαρὰ, Hebr. זֶרַח *ortus lucis* i. e. *gaudii:* (*Onom. V. T.* p. 165.) filius Iudae ex Thamare, Matth. 1, 3.

Ζαραίας, Eſr. 5, 8. male ſcribitur pro *Σαραίας*, Hebr. שְׂרָיָה, coll. Eſr. Canon. c. 2, 2.

Ζαράκης, filius Ioſiae, Eſr. 1, 38. nomen plane corruptum, vt totus locus, coll. 1 Chron. 36, 4.

Ζαχαρίας, Hebr. זְכַרְיָה *recordatus eſt Dominus:* (*Onom. V. T.* p. 529.) fuit 1) pater Ioſephi cuiusdam, 1 Macc. 5, 18. 56. 2) ſacerdos quidam primarius, Eſr. 1, 8. 15. 3) alius vir, Eſr. 9, 27. 44. 4) propheta, filius Barachiae, Eſr. 6, 1. c. 7, 3. Matth. 23, 35. Luc. 11, 51. 5) pater Iohannis Baptiſtae, Luc. 1, 5. 12. c. 3, 2.

Ζεβεδαῖος, i. e. Hebr. זַבְדִּי *donum Domini:* pater Iohannis et Iacobi Apoſtolorum, Matth. 4, 21. c. 10, 2. Marc. 1, 19. etc.

Ζεὺς, (genit. *Διὸς*, per dialectum pro *Ζιός:* antiquos certe pro *ζ* vſos eſſe *δ*, teſtatur PLATO in *Cratylo:*) *Iupiter*; ſummus Deorum gentilium, 2 Macc. 6, 2. Act. 14, 12. 13. qui etiam *Ζὴν*, Dorice *Ζὰν*, quod Graeci deriuant *ἀπὸ τοῦ ζῆν*, ad imitationem

Digitized by Google

Hebraeorum, qui Deum ſuum per nomen חַי (*viui*) à falſis Diis diſtinguebant: quo Paulum alluſiſſe Act. 17, 25. credit WORMIVS de *corrupt. Antiquit. Hebr.* L. I. p. 54. CLERICVS deriuat à Chald. זַנַּי sive זַנָּא *ſcortator;* ſed non eſt credibile, gentiles eiusmodi nomen ignominioſum impoſuiſſe Deo ſuo, quem tam impenſe colebant. Mihi potius deſcendere videtur ab Hebr. זֶה, (pro quo Chaldaei dicunt דֵּן,) quod quidam inter *Nomina diuina* referunt, vt הוּא, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 549. ibique adde HOTTINGERI Diſſert. de *Nominibus Dei Oriental.* §. 17. MARACCII *Refutat. Alcorani* p. 201. a. et VRIEMOETI *Annot. ad Dicta Claſſ.* T. I. p. 119. 120.

Ζεχρίας, Eſr. 8, 1. vitioſum nomen, coll. Eſr. Canon. c. 7, 1.

Ζηλωτὴς, vid. infra Κανανίτης.

Ζηνᾶς, decurtatum ex Ζηνόδωρος i. e. *Iouis donum:* nomen legis periti, Tit. 3, 13.

Ζοροβάβελ, Hebr. זְרֻבָּבֶל *diſperſio in Babelem:* (*Onom. V. T.* p. 464.) filius Sealthielis, princeps Iudaeorum, Sir. 49, 11. Eſr. 4, 13. c. 5, 5. 8. Matth. 1, 12. 13. Luc. 3, 27.

H.

Ἡλὶ, Hebr. אֵלִי, decurtatum ex אֵלִיָּה *robur Domini:* pater Ioſephi, Luc. 3, 23.

Plenius eſt

Ἡλίας, nomen prophetae, 1 Macc. 2, 58. Alibi ſemper ſcribitur cum *Spiritu Leni*, vt Sir. 48, 1. Matth. 11, 14. Marc. 6, 15. Rom. 11, 2. Iac. 5, 17. etc. Vid. *Onom. V. T.* p. 524.

Ἡλιόδωρος, h. e. *ſolis* (plurimarum gentium Dei) *donum:* nomen ducis, 2 Macc. 3, 7. c. 4, 1. etc. Similis argumenti Nomen *Propr.* eſt Aegypt. *Moicheres* i. e. *donatus à ſole*, conf. P. E. IABLONSKI *Pantheon Aegypt.* P. I. p. 57.

Ἠλιοὺ, Hebr. אֱלִיהוּא h. e. *Deus* (eſt) *Ille:* (*Onom. V. T.* p. 550.) filius Chelkiae, Iudith. 8, 1.

Ἡρ,

Ἢρ, Hebr. עֵר *turba, turma*, ſcil. liberorum: (*Onom. V. T.* p. 232. et in *Addendis* Indici ſubiectis p. 2.) nomen viri, Luc. 3, 28.

Ἡρακλῆς, *Hercules*, 1 Macc. 4, 19. 20. contract. ex Ἡρακλέης, quod Graeci derivant ex Ἥρα *Iuno*, et κλέος *gloria*, q. d. *Iunonis gloria:* quia in certaminibus, quibus eum *Iuno* exercuit, ſemper victor diſceſſerit indeque *gloriam* reportauerit; alii ex oraculo apud Auctorem *Etymologici M.* ad h. n. quod ei reſponderit:

Ἡρα γὰρ ἀνθρώποισι φέρων κλέος ἄφθιτον ἕξεις.

Ex Hebr. הָרוֹכֵל, *mercator*, deducunt CLERICVS ad HESIODI *Theogon.* v. 527. et doctiſſ. BIDERMANNVS in *Specim. Hiſtoriae profanae ex Hebr. illuſtratae*; ſed a Syr. עַרְקֵל *celer, feſtinus*, HILLERVS: quia proprie *ſolem* denotet; alii demum aliunde, conf. FVLLERI *Miſcellan. S.* L. II. c. 7. CASP. ABELI *Hiſtor. Monarch.* L. II. c. 1. §. 12. OL. RVDBECKII *Atlant.* T. I. c. 33. §. 4. WACHTERI *Gloſſar. German.* in voc. *Hercules*, etc.

Ἡρώδης, HILLERVS contractum putat ex Ἡρωώδης h. e. *heroibus ſimilis*, ab ἥρως *heros.* (u) Sed Auctor *Etymologici M.* cum Iota *ſubſcripto* legit, Ἡρῴδης, pro Ἡρωΐδης: vt ſit *Patronymicum* ab ἥρως, q. d. *herois* vel *heroum filius.* Memorantur autem in N. T. tres *Herodes:* 1) *Herodes*, cognomine *Magnus*, Antipatri filius, Rex Iudaeae, Matth. 2, 1. 3. 7. 12. Luc. 1, 5. etc. 2) *Herodes*, cognomine *Antipas*, illius filius, Tetrarcha Galilaeae, Matth. 14, 1. 3. 6. Marc. 6, 14. Luc. 3, 1. 19. c. 9, 9. etc. 3) *Herodes*, cognomine *Agrippas*, Ariſtobuli filius, Act. 12, 1. 6. 19. c. 13, 1.

Inde deſcendunt 1) *Patronymicum* foemin.

I 3 Ἡρωδιάς,

(u) Adiectiua ſcil. Denominatiua in ώδης, praeter notionem *Copiae*, (quomodo haec terminatio ortum ducit ex ἄδην *affatim, abunde*, vel ἄδω *ſatio, expleo*, vnde ἀδινός *multus, frequens*, ἄδος *ſatietas* etc. coll. Arab. אדי *multus fuit* vel *euaſit*,) etiam *Similitudinem* exprimere, (quomodo illa terminatio nata eſt ex εἶδος, *genus, ſpecies, forma*,) paſſim notant Grammatici: vt EVSTATHIVS ad HOMER. *Iliad.* XVIII. p. 200. BVDAEVS in *Commentar. ling. Graec.* p. m. 174. SALMASIVS in *Exercitat. Plinian.* p. 725. ANTISIGNANVS ad CLENARDI *Gram. Graec.* p. 128. Auctores *Gram. Graec. Marchicae* p. 404. etc.

'Ἡρωδιὰς, h. e. *Herodis filia* vel potius *neptis;* aut ſi mauis, *ex heroibus ſimili nata;* ſicut in Appellatiuis 'Ἀρητιὰς *Martis filia*, i.e. *bellicoſa*, ab "Ἀρης *Mars*, 'Ἡλιὰς *ſolis filia*, ab ἥλιος *ſol*, etc. (x) Fuit *Herodias* filia Ariſtobuli, ſoror Herodis Agrippae Maioris, primo Philippi, poſtea Herodis Antipae vxor, Matth. 14, 3. 6. Marc. 6, 17. Luc. 3, 19.

2) Adiectiuum *Poſſeſſiuum*, *Sectatiuum* potius diceres:

'Ἡρωδιανὸς, pl. 'Ἡρωδιανοὶ *Herodiani*, *Herodis ſectatores et aſſeclae*, (y) Matth. 22, 16. Marc. 3, 6. c. 12, 13.

3) Subſtantiuum *Imitatiuum*

'Ἡρωδίων, *heroibus ſimilium imitator*, vel q. d. *Herodulus*, conf. ſupra dicta ad Γαλλίων: (z) nomen cognati Pauli, Rom. 16, 11.

'Ἡσαΐας, Hebr. יְשַׁעְיָה (quem) *ſeruauit Dominus:* (*Onom. V. T.* p. 536.) propheta, filius Amoſi, Sir. 48, 20. 22. Matth. 3, 3. Marc. 7, 6. Rom. 9, 27. etc.

'Ἡσαῦ,

(x) Videtur haec *Patronymicorum* Forma foem. contracta eſſe ex altera in ιάδις, à maſc. in ιάδης, ſicut terminatio foem. *Patronymicorum* in ὶς ex altera in ίδις: vt υἱὶς *filia filii*, *neptis*, ex inuſit. υἱίδις, alias υἱιδῆ, à maſc. υἱιδῆς. Conf. Scholiaſtes OPPIANI ad *Halieut*. I. 386. Caeterum etiam ab *auorum* nominibus formari *Patronymica:* vt *Aeacides* ab *Aeaco*, paſſim notant Grammatici. Conf. pluribus PLACIDVS SPATAFORA de *Patronymicis Graecis et Latinis*, et IOH. CHR. STEINERSDORFFIVS in Program. de *Nominibus Patronymicis*.

(y) In Nominibus *Propr.* haec Forma frequentior eſt, in *Appellatiuis* non niſi duo offendi exempla: ζυγιανὸς *natus ſub ſigno Librae adeoque eius naturam ſequens*, à ζυγὸς *libra*, φατιανὸς *delator*, *ſectans rumores et delationes*, à φάσις *delatio*, *rumor*. Conf. infra Χριστιανός.

(z) Grammatici vulgo haec *Denominatiua* referunt ad *Deminutiua*, quae tamen et ipſa *imitationem* quandam atque *ſimilitudinem* cum Primitiuis ſuis inuoluunt. Exempla in *Appellatiuis*, praeter ſupra adducta ad voc. Γαλλίων, ſunt ſequentia: αἰθαλίων *aeſtum ſectans*, (epitheton *cicadae* apud THEOCRIT.) ἀμπελίων, (vt recte legit SALMASIVS apud POLLVC.) auis quaedam *vineas et uvas ſectans*, γρυλλίων piſcis quidam, captus *grunnitum porci imitans*, (à γρύλλος *porcus*,) apud HESYCH. Lat. *porcellio* apud CELSVM, ἐργασίων *agricola*, *laborem* (ἐργασίαν) *ſectans*, (*aratrum ſectari* de agricola dixit TIBVLLVS II. 3.7.) κιλλυρίων auis ſpecies, *cinereum colorem imitans*, (vt SALMASIVS in *Exercitat. Plin.* p. 182. intelligit,) κοπρίων (falſum eſt κοπριών,) *cantharus*, *ſcarabaeus pilularius*, *ſtercus ſectans*, μαλακίων *homo effoeminatus*, *molles imitans*, vel ὑποκοριστικῶς, (vt Scholiaſtes ARISTOPHANIS

'Ησαῦ, Hebr. עֵשָׂו i. e. *totus piloſus:* (α) filius Iſaaci patriarchae, Iudith. 7, 8. 17. 1 Macc. 5, 3. 65. Rom. 9, 13. Hebr. 11, 20. c. 12, 16. Sed 'Ησαῦ Eſr. 5, 29. corruptum eſt ex Hebr. צִיחָא, coll. Eſr. Canon. 2, 43. et Neh. 7, 46.

Θ.

Θαδδαῖος, vid. infra 'Ιέδας.

Θαιμὰν, Hebr. תֵּימָן h. e. *meridies: (Onom. V. T.* p. 303.) regio Idumaeae, à *Theman* filio Eliphaſi nomen nacta, Baruch. 3, 22. 23.

Θάμαρ, Hebr. תָּמָר *palma*, h. e. *ſtaturae aeque erectae, ac palma*, coll. Cant. 7, 8. vxor Eri, nurus Iudae, Matth. 1, 3. vid. *Onom. V. T.* p. 101. et conf. praeter ea, quae ibi adducta ſunt, OL. CELSII Exercitat. de *palmae praeſtantia et nobilitate*, et de *palmae vtilitatibus* COLOMESII *Cimelia litterar.* c. 1.

Θαμναθὰ, Hebr. תִּמְנָתָה *portio magna: (Onom. V. T.* p. 303.) vrbs tribus Dan, 1 Macc. 9, 50.

Θάρα, Hebr. תֶּרַח *retardatus*, i. e. *ſero natus: (Onom. V. T.* p. 155.) filius Nahoris, Luc. 3, 34.

Θασσὶ, i. e. Hebr. תַּשִׁי (Formae חַגִּי) *debilitatio* (matris), ex תַּשׁ, cum Iod *Compaginis*, à rad. Chald. תשש, alias תרש *infirmari, debilitari:* cognomen Simonis, filii Mattathiae, 1 Macc. 2, 3. qui Ioſepho Ματθῆς, h. e. מַתֵּשׁ *debilitans*, ex Forma Particip. Hiph. more Chald.

Θεκωὲ,

STOPHANIS in *Eccleſ.* exponit,) *molliculus*, πλανίων βίος *vita, quae more erronum tranſigitur*, πνυγαλίων *incubus*, *ſuffocationem* quandam *referens*. Huc vero non pertinet σφονδυλίων ſiue σπονδυλίων, quod POLLVX L. II. c. 4. vt Nominatiuum accipit et de *medulla vertebrarum* explicat, ex male intellecto loco HOMERI *Iliad.* XX. 483. cum potius ſit Genitiuus plur. à ſing. σφονδύλιος ſiue σπονδύλιος, vt dudum monuit IVNGERMANNVS. Sic pro ὀπωρίωνας (tanquam à ſing. ὀπωρίων) apud HESYCHIVM recte SALMASIVS et OVDENDORPIVS legunt ὀπωρώνας.

(α) In *Onom. V. T.* p. 129. retuli ad rad. Arab. غثّ *piloſus fuit;* commode tamen quoque ex radicis Hebr. עשׂה notione *tegendi*, de qua pluribus in *Obſeruationibus Lex.* ad hanc radicem, deriuari et exponi poteſt *vndique tectus*, ſcil. pilis.

Θεκωὲ, Hebr. תְּקוֹעַ *fixio tentorii*, vel *clangor tubae:* (*Onom. V. T.* p. 92.) vicus in tribu Iuda, 1 Macc. 9, 33.

Θεόδοτος, *à Deo datus:* nomen viri, 2 Macc. 14, 19. Sic Latinis *Adeodatus* et *Deodatus* frequens eſt Nomen *Propr.*

Θεόφιλος, *Dei amans;* ſicut in *Appellatiuis* γαστρόφιλος *ventris amans, ventri deditus,* παιδόφιλος *puerorum amans,* πονηρόφιλος *improborum amans,* etc. Fuit nomen viri, cui Lucas Euangelium ſuum et Acta Apoſtol. inſcripſit, Luc. 1, 3. Act. 1, 1.

Θεσσαλονίκη, ex Θεσσαλὸς *Theſſalus*, et νίκη *victoria:* vrbs Macedoniae, à Philippo rege poſt *deuictos Theſſalos* condita: (β) Act. 17, 1. 11. 13. Phil. 4, 16. 2 Tim. 4, 10.

Inde eſt *Gentile*

Θεσσαλονικεὺς, *Theſſalonicenſis*, Act. 20, 4. c. 27, 2. 1 Theſſ. 1, 1. 2 Theſſ. 1, 1.

Θευδᾶς, nomen praeſtigiatoris et ſeductoris, Act. 5, 36. GROTIO ab Hebr. הוֹדָה *laus;* ſed potius decurtatum vel ex Θεόδωρος, vt Auctor *Etymologici M.* HILLERVS aliique volunt, vel ex Θεοδόσιος, vt VOSSIO placet. (γ)

Θεωκανὸς vel Θωκανὸς, Eſr. 9, 14. corruptum ex Hebr. תִּקְוָה, coll. Eſr. Canon. c. 10, 15.

Θίσβη, Hebr. תִּשְׁבֶּה i. e. *captiuabit, captiuos ducet*, boni ominis ergo, vnde et *Gentile* תִּשְׁבִּי, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 386. Fuit vrbs Galilaeae, patria Tobiti, Tob. 1, 2. et quondam Eliae prophetae, de qua vid. pluribus RELANDI *Palaeſt.* p. 1035. qui confert nomen vrbis Boeotiae *Thisbe.*

Θράσαιος, (retracto accentu pro Θρασαῖος,) *animo confidens, audax:* pater Apollonii, 2 Macc. 3, 5. Sic *Thraſeas, Thraſius, Thra-*

(β) Ὅτι Φίλιππος ἐκεῖ Θετταλοὺς νικήσας, οὕτως ἐκάλεσεν, vti habent STEPHANVS *de Vrb.* et *Etymolog. M.*

(γ) Dicitur autem Θευδᾶς pro Θεοδᾶς, mutato εο in ευ, ex dialecto Aeolica, vid. *Etymolog. M.* in Θεῦν. Idem fit in Θεύχαρις pro Θεόχαρις, Θευγενὶς apud THEOCRIT. Θευδοσία pro Θεοδοσία, Θευχαρίλα pro Θεοχαρίλα. Sic in Appellat. θευμορία pro θεομορία etc.

Thraſyllus, *Thraſymachus* etc. apud Profanos inter Nomina *Propr.* occurrunt.

Θυάτειρα, *ſacrificatrix*, i. e. *religioſa*, cuius maſc. foret θυατὴρ *ſacrificator*, (ſicut à σωτὴρ fit foem. σώτειρα *ſeruatrix*, etc.) quamuis vt plurale flectatur. (δ) Fuit vrbs Lydiae, colonia Macedonum, Act. 16, 14. Apoc. 1, 11. c. 2, 18. 24. conf. de illa pluribus Celeb. I. G. WALCHII *Primitiae S.* p. 204. ſeq.

Θωμᾶς, h. e. Δίδυμος, *geminus*, *gemellus*, vt S. Iohannes interpretatur, ab Hebr. תָּאוֹם vel תְּאוֹם, (vnde plur. contract. תּוֹמִים,) Syr. ܬܐܘܡܐ *gemellus:* nomen Apoſtoli, Matth. 10, 3. Marc. 3, 18. Luc. 6, 15. Ioh. 11, 16. c. 20, 24. c. 21, 2. Act. 1, 13. etc.

I.

Ἰάειρος, Hebr. יָאִיר *lucebit*, *lucem praebebit*, i. e. *exhilarabit* ſiue *exhilarat*, coll. Eccleſ. 8, 1. Eſr. 9, 8. Fuit praefectus ſcholae, Marc. 5, 22. Luc. 8, 41. Sed Ἰάϊρος Eſr. 5, 31. corruptum eſt ex Hebr. רְאָיָה, coll. Eſr. Canon. c. 2, 47.

Ἰαζὴρ, Hebr. יַעְזֵר (cui) *opem ferat*, ſcil. Deus: (*Onom. V. T.* p. 430.) vrbs in tribu Gad, 1 Macc. 5, 8.

Ἰακώβ, Hebr. יַעֲקֹב *calcaneum tenet* vel *tenebat:* (*Onom. V. T.* p. 421.) fuit 1) filius Iſaaci patriarchae, Tob. 4, 12. Baruch. 2, 34. Matth. 1, 2. Luc. 3, 34. etc. metonymice eius poſteri, vt Rom. 11, 26. 2) pater Ioſephi cuiusdam, Matth. 1, 15. 16.

Cum terminatione Graeca eſt

Ἰάκωβος, 1) Apoſtolus, filius Zebedaei et frater Iohannis, Matth. 4, 21. c. 10, 2. Marc. 1, 19. c. 3, 17. Luc. 6, 14. Act. 1, 13. etc. occiſus ab Herode, Act. 12, 2. 2) alius Apoſtolus, cognomine *Minor*, filius Alphaei et Mariae, *frater* i. e. *cognatus* Chriſti, frater item Ioſae et Iudae Apoſtoli, Matth. 10, 3. c. 13, 55. c. 27, 56. Marc.

(δ) STEPHANVS *de Vrbibus:* Ἔδει θηλυκῶς, νῦν δὲ οὐδετέρως φασὶν, h. e. *oportebat genere foeminino dici*, *ſed nunc neutro efferunt*.

Marc. 3, 18. c. 6, 3. c. 15, 40. c. 16, 1. Luc. 6, 15. 16. c. 24, 10. Act. 1, 13. c. 12, 17. Gal. 1, 19. Iud. v. 1. Iac. 1, 1. in quo poſtremo tamen loco et Gal. 1, 19. GROTIVS, RICHARDVS SIMON in *Hiſtor. Crit. N. T.* p. 191. etc. alium *Iacobum*, cognomine *Iuſtum*, Hieroſolymitanorum Epiſcopum, intelligunt, conf. A. MÜLLERI Diſſert. *num tres numero* Iacobi *fuerint inter Apoſtolos?* et THOM. ITTIGII *Select. Cap. Hiſtor. Eccleſ.* Sec. I. p. 446. ſeq.

Ἰαμβρὶ, nomen viri, 1 Macc. 9, 36. 37. ex Hebr. יַמְרִיא *efferet ſe*, interpoſito β. (ε) Sed IOSEPHVS pro eo habet Ἀμαραῖος, quod foret ex Hebr. אֲמַרְיָה, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 525. Syrus denique habet *Ambri.* Simile β interponitur in

Ἰαμβρῆς, nomine magi Aegyptii, 2 Tim. 3, 8. quem Talmudici Forma Particip. vocant מַמְרֵא, hoc vero haud incommode HILLERVS in *Onom. S.* p. 671. deriuat à rad. Aethiop. מרי, in 8 Coniug. *diuinatus eſt*, vnde [illegible]: *hariolus, magus*, quod ab Interprete Aethiop. etiam dè *ſacerdotibus Aegyptiis* vſurpatur Gen. 41, 45. c. 47, 22. 26. vt adeo Nomen non tam *Proprium* ſit quam *Appellatiuum*, ſicut alterum Ἰαννῆς, de quo ſtatim. Vtrumque eſſe *fictitium*, de *perſona ignota* adhiberi ſolitum, vt Hebr. אַלְמֹנִי et פְּלֹנִי, Graec. ὁ δεῖνα, contendit I. H. MAIVS (fil.) in *Obſeruat. S.* P. III. p. 42. ſeq. Vid. et PFEIFFERVS in *Dub. Vex.* ad Exod. 7, 11.

Ἰάμνεια, vrbs olim Philiſthaeorum, 1 Macc. 5, 58. c. 10, 69. c. 15, 40. 2 Macc. 12, 8. 40. quae alias Ἰαμνία, 1 Macc. 4, 15. et Ἰεμναὰ, Iudith. 2, 28. Hebr. יַבְנֶה h. e. (quam) *aedificari faciat*, ſcil. Deus: (*Onom. V. T.* p. 429.) permutatis *b* et *m*. Sed à Graeco ἴαμνος, *locus humidus et fertilis*, dictam vult STEPHANVS de *Vrb.* quem ſequitur Celeb. D. W. TRILLERVS ad GROTII *Chriſtum patientem* p. 231. edit. recent.

Ἰαννὰ, HILLERVS deducit ex Hebr. יְעַנֶּה *affligit*, ſcil. Deus: fuit filius Ioſephi cuiusdam, Luc. 3, 24.

Ἰαννῆς,

(ε) Sicut in *Ambram* pro *Amram*, *Zambri* pro *Zamri*, *Mambre* pro *Mamre*, *Nembrod* pro *Nimrod* etc. et in *Appellat.* μεσημβρία pro μεσημερία, et hoc ex μεσημερίη, conf. SPANHEMIVS ad CALLIMACH. p. 561. et 600.

Ἰαννῆς, nomen magi Aegyptii, 2 Tim. 3, 8. idem HILLERVS deriuat à rad. Aethiop. ⲰⲚⲢ in 8 Coniugat. *illuſit*: vt adeo יָנֵי Forma Particip. Chald. *empaectam* denotet. Vid. antea Ἰαμβρῆς. Quibusdam idem eſt cum Coptico ϪⲀⲚⲈ *gratioſus*: et certe Talmudici illud ſcribunt יוחנא vel יוחני. Conf. pluribus I. A. FABRICII *Codex Pſeudepigr. V. T.* Vol. I. p. 819. ſeq. et Vol. II. p. 105. ſeq. et *Codex Apocryph. N. T.* p. 249. ſeq.

Ἰαρὲδ, Hebr. יֶרֶד *deſcenſus*: (*Onom. V. T.* p. 168.) filius Mahaleleelis, Luc. 3, 37.

Ἰαρὶβ, vid. infra Ἰωαρίβ.

Ἰάσων, *ſanaturus*, h. e. *qui parentum aegrimoniam leniturus eſt*, à fut. ἰάσω Verbi ἰάω *ſano, curo*, vid. *Etymolog. M.* in Ἴασος. (ζ) Fuit 1) filius Eleaſaris, pater Antipatri, 1 Macc. 8, 17. c. 12, 16. c. 14, 22. 2) frater Oniae, qui pontificatum affectabat, 2 Macc. 4, 7. 3) Hiſtoricus Cyrenaeus, qui de geſtis Maccabaeorum ſcripſit, 2 Macc. 2, 23. 4) Theſſalonicenſis, cognatus Pauli, Act. 17, 5. 6. 7. 9. Rom. 16, 21.

Ἰάφεθ, Hebr. יֶפֶת *dilatatio, incrementum*: (*Onom. V. T.* p. 167.) filius Noachi, Iudith. 2, 25. vbi GROTIVS mauult legere Ἰαφλὲτ ex Ioſ. 16, 2.

Ἰδουμαῖος, *Idumaeus*, 2 Macc. 10, 15. 16. Eſr. 4, 45. 50. c. 8, 69. *Gentile* ab Hebr. אֲדֹמִי, pro quo Chald. dicitur אֲרַמִּי, conf. ſupra Ἐλυμαῖος.

Foeminimum eſt

Ἰδουμαία, *Idumaea*, ſcil. regio, 1 Macc. 4, 15. 29. 61. c. 5, 3. Marc. 3. 8.

Ἰεβουσαῖος, *Iebuſaeus*, ſimile *Gentile* ab Hebr. יְבוּסִי, Iudith. 5, 16. Eſr. 8, 69.

Ἰεζαβὴλ, Hebr. אִיזֶבֶל *manſio habitationis*, i. e. *manſio tutiſſima*:

(ζ) Ad imitationem Hebraeorum, qui ſaepius ex *Futuris* Nomina *Propr.* formare ſolent, conf. *Onom. V. T.* p. 405. et 419. ſeq.

Digitized by Google

tiſſima: (*Onom. V. T.* p. 437.) nomen vxoris Achabi regis, Apoc. 2, 20. vbi tamen ſenſum *myſticum* habet. (η)

Ἰεζεκιὴλ, Hebr. יְחֶזְקֵאל *fortis eſt* vel *fortem ſe exhibet Deus:* (*Onom. V. T.* p. 499.) propheta, filius Buſi, Sir. 49, 8.

Ἰεῆλος, nomen viri, Eſr. 8, 92. ex Hebr. יְחִיאֵל h. e. *viuit Deus:* (*Onom. V. T.* p. 499.) coll. Eſr. Canon. c. 10, 2.

Ἱεμναὰ, vid. ſupra Ἰάμνεια.

Ἱεράπολις, h. e. *ſancta vrbs:* Phrygiae vrbs, vicina Coloſſis, Col. 4, 13. teſte STEPHANO *de Vrb.* ἀπὸ τῶ ἱερὰ πολλὰ ἔχειν, à *copia templorum.* (ϑ) Conf. Hebr. קָדֵשׁ in *Onom. V. T.* p. 33.

Ἱερεμίας, Hebr. יִרְמְיָה *elatio Domini* i. e. *incrementum familiae diuinitus praeſtitum* ſiue *ſummum:* (*Onom. V. T.* p. 535.) nomen prophetae, Sir. 49, 6. 2 Macc. 2, 2. c. 15, 14. Eſr. 1, 28. Matth. 2, 17. c. 16, 14.

Ἱεριχὼ, Hebr. יְרִיחוֹ *odor continuus:* (*Onom. V. T.* p. 354.) nomen vrbis rerum *odoriferarum* feraciſſimae, Iudith. 4, 4. Sir. 24, 14. 1 Macc. 9, 50. 2 Macc. 12, 15. Matth. 20, 29. Marc. 10, 46. Luc. 10, 30. Hebr. 11, 30. Sed Eſr. 5, 22. ſcribitur Ἱερεχὼ. Hodienum floribus herbisque *odoriferis* abundare, teſtatur COTOVICVS in *Itinerar.* p. 311.

Ἱεροβοὰμ, Hebr. יָרָבְעָם *multiplicabitur populus:* (*Onom. V. T.* p. 467.) filius Nebati, rex Iſraëlis, Sir. 47, 23.

Ἱερώνυμος, h. e. *ſanctum habens nomen:* nomen ducis, 2 Macc. 12, 2.

Ἱερουσαλὴμ, Hebr. יְרוּשָׁלַיִם vel יְרוּשָׁלֵם, Chald. יְרוּשְׁלֵם, *poſſeſſio*

(η) De eiusmodi Nominibus *Typicis* et *Myſticis* integrum Tractatum promiſit E. F. NEVBAVERVS, qui tamen lucem non vidit.

(ϑ) Tantam hodienum copiam ruderum templorum ibi ſupereſſe, vt minime mirandum ſit, vrbem id nominis nactam eſſe, obſeruat teſtis αὐτόπτης SPONIVS in *Itinerar.* P. I p. 73 edit. German. Sed ab *aquis ſalutaribus* ſiue *medicinalibus*, STRABONI L. XIII. memoratis, ſic dictam fuiſſe, contendit RICAUT in *Hiſtoire de l'Etat preſent de l'Egliſe Grecque* p. 64. *Thermas* certe antiquis *ſacras* exiſtimatas fuiſſe, refert eiusque cauſam explicat ARISTOTELES *Problem.* vlt. ſect. 24. quocum conferendus eſt, qui aliam eius rei cauſam affert, PETITVS in *Miſcellan. Obſeruat.* L. III. c. 27.

poſſeſſio tranquillitatis i. e. *tranquilla:* (*Onom. V. T.* p. 467.) *Hieroſolyma*, metropolis Terrae S. Tob. 1, 7. Iudith. 9, 1. Sir. 36, 13. Matth. 23, 37. Luc. 2, 25. etc. *Myſticam* ſignificationem habet Apoc. 3, 12. c. 21, 2. Prolixe de h. n. agunt BEVFREGIVS in *Not. ad Concilii Nicaeni primi Canon.* fol. 60. ſeq. et ZORNIVS ad HECATAEI *Fragment.* p. 86. ſeq. Dicitur et terminatione Graec. plur.

Ἱεροσόλυμα, Tob. 1, 4. 1 Macc. 11, 34. Matth. 2, 1. Marc. 3, 8. etc. Inde eſt *Gentile*

Ἱεροσολυμίτης, *Hieroſolymitanus*, Sir. 50, 27. Marc. 1, 5.

Ἰεσσαὶ, Hebr. יִשַׁי *domum Domini:* (*Onom. V. T.* p. 551.) filius Obedi, pater Dauidis, Matth. 1, 5. 6. Luc. 3, 32. Act. 13, 22. Rom. 15, 12.

Ἰεφθάε, Hebr. יִפְתָּח *aperiebat* h. e. *à partus doloribus liberabat*, vel *vterum matris aperiebat*, ſcil. Deus, cuius contrarium eſt סגר 1 Sam. 1, 5. 6. Hiob. 3, 10. et עצר Gen. 16, 2. c. 20, 18. Fuit iudex populi Iſraëlitici, Hebr. 11, 32.

Ἰεφοννῆ, Hebr. יְפֻנֶּה *reſpiciatur*, ſcil. à Deo: (*Onom. V. T.* p. 427.) pater Calebi. Sir. 46, 7.

Ἰεχονίας, Hebr. יְכָנְיָה (quem) *ſtabiliat Dominus:* (*Onom. V. T.* p. 534.) fuit 1) filius Iojakimi, rex Iudae, Baruch. 1, 3. 9. Eſr. 1, 34. Matth. 1, 11. 12. 2) Leuita quidam primarius, Eſr. 1, 9. qui Hebr. vocatur כָּנַנְיָהוּ 1 Chron. 35, 9. vid. *Onom. V. T.* p. 536. Sed Eſr. 8, 92. corruptum eſt ex שְׁכַנְיָה, coll. Eſr. Canon. c. 10, 2.

Ἰησοῦς, Hebr. יֵשׁוּעַ *Domini ſalus*, vt eius ſynonymum יְהוֹשׁוּעַ, (*i*) vid. *Onom. V. T.* p. 519. 520. Nomen eſt 1) Seruato-

ris

(*i*) Dubia quaedam contra hanc meam explicationem mouerunt Duumuiri doctiſſimi, b. I. M. GASSER in pec. Program. de h. n. edit. an 1750. et W. C. I. CHRYSANDER in Diſſert. de *vera Forma atque emphaſi Nominis Ieſu*, edit an. 1751. Neque tamen quicquam in medium protulerunt, quod non impugnari nouis dubiis queat. Caeterum pluribus de h. n. praeter adductos in *Onom. V. T.* l. c. tractant DANZIVS in Praefat. ad *Paradigm. Nom. et Verb.* CRINESIVS in *Exercit Hebr.* II. quaeſt. I. MATTH. MARTINIVS in pec. Orat. MATTH. FLACIVS, G. M. PFEFFERKORNIVS, CORN. HASAEVS, IOH. MICHAELIS, SCHARFFIVS, CHR. SONTAGIVS, CONSTANT. ZIEGRA, NIEREMBERGIVS et BERNH. *von* SANDEN in pec. Diſſertat.

Digitized by Google

ris noſtri, Matth. 1, 1. 16. 18. Marc. 1, 1. etc. 2) filii Nun, qui alias *Ioſua*, Sir. 46, 1. 1 Macc. 2, 55. 2 Macc. 12, 15. Act. 7, 45. Hebr. 4, 8. 3) ſacerdotis ſummi, filii Iozedeki, Sir. 49, 12. Eſr. 5, 5. 8. 24. 4) filii Siraci, Sir. 50, 27. 5) viri Apoſtolici, cui cognomen fuit *Iuſtus*, Col. 4, 11. 6) viri alîus, Eſr. 5, 11. 48.

Ἰκόνιον, metropolis Lycaoniae, Act. 13, 51. c. 14, 1. 19. 21. c. 16, 2. 2 Tim. 3, 11. Profanis etiam ſcribitur Εἰκόνιον, ſicque dicta putatur ab *icone* ſiue *effigie* Gorgonis Meduſae, quam Paſcas ibi erexerat, vel ab *iconibus*, à Prometheo et Minerua poſt diluuium ibi erectis: qua de re vid. *Etymolog. M.* Sed HILLERVS eius nomen repetit ex Syr. vel Phoenic. חֵיק עָאנָא h. e. *ſinus ouium*, (conf. חֵיק Ieſ. 40, 11.) vnde et regioni *Lycaoniae* et vrbi *Lyſtrae* nomen impoſitum ſit. (κ)

Ἰλλυρικὸν, (λ) regio in ora maris Adriatici, Italiae oppoſita, Rom. 15, 19. alias *Illyria*, teſtibus STEPHANO *de Vrb.* et EVSTATHIO denominata ab *Illyrio*, filio Cadmi; quod tamen negat BOCHARTVS in *Canaan* L. I. c. 23. quia nomen *Illyrii* non ſit Phoenicium, neque in *Illyriorum* lingua aut moribus quicquam ſit, quod *Phoeniciam* originem redoleat. Videndum tamen, annon nomen *Illyrii* deduci queat ex Hebr. אֱלִיאוּר, coll. ſimilibus אוּרִי vel אֲרִי, אוּרִיאֵל, אוּרִיָּה etc. Sunt, qui nomen *Illyriae* arceſſunt à Celtarum ſiue Celtiberorum voce *Ili* ſiue *Ill*, h. e. *altus, montoſus, Hill*, i. e. *mons*, *collis:* quod ſit regio tota *montoſa*, à Gallis ſiue Celtis olim habitata, teſtibus STRABONE L. VII. et IVSTINO L. XXIV. c. 4.

Ἴνδος, fluuius, à quo *India* denominatur, Hebr. הוֹדּוּ, à *ſtrepitu:* (*Onom. V. T.* p. 586.) eſt enim fluuius ῥοίζῳ μεγάλῳ καταφερό-

(κ) STRABO L. XII. de Lycaonia: *Iſta regio, quamtumuis aqua carens, mirum in modum oues nutrit lanae aſperae, è quibus quidam ampliſſimas opes conſecuti ſunt, et Amyntas vltra 300. greges iis in locis habuit.*

(λ) Subaudi ἔθνος, ſicut in Ἑλληνικὸν, Περσικὸν, Βαρβαρικὸν etc. vid. LAMBERTI BOS *Ellipſ. Graec.* p. 68. edit. nouiſſ. Eſt enim Ἰλλυρικὸν proprie Adiectiuum *Poſſeſſiuum.*

ταφερόμενος, teſte PLVTARCHO de *Fluuiis*. Mentio eius fit 1 Macc. 6, 37.

Inde eſt Adiectiuum *Poſſeſſiuum*

Ἰνδικός, foemin.

Ἰνδικὴ χώρα, *Indica regio*, 1 Macc. 8, 8. et ſimpliciter Ἰνδικὴ, Eſr. 3, 2.

Ἰόππη, ab Hebr. יָפוֹ *pulcher* (locus): vrbs et portus ad mare mediterraneum, in finibus tribus Dan, 1 Macc. 10, 75. c. 11, 6. 2 Macc. 4, 21. Eſr. 5, 55. Act. 9, 36. 38. c. 10, 5. etc. Pro יָפוֹ etiam LXX. vbique habent Ἰόππη. Vid. *Onom. V. T.* p. 85. et conf. OLDERMANNI Diſſert. de *Ioppe*. Inde eſt *Gentile*

Ἰοππίτης, *Ioppenſis*, 2 Macc. 12, 37.

Ἰορδάνης, Hebr. יַרְדֵּן h. e. *continuo ſtrepens*: fluuius Terrae S. praecipuus, Iudith. 1, 9. Sir. 24, 26. 1 Macc. 5, 24. Matth. 3, 5. 6 Marc. 1, 5. etc. vid. *Onom. V. T.* p. 318.

Ἰούδα, Hebr. יְהוּדָה *confeſſio*, *laus*, ſcil. Domini: (*Onom. V. T.* p. 42.) fuit 1) filius Iacobi patriarchae, Sir. 45, 25. Luc. 3, 33. Apoc. 7, 5. metonymice eius poſteri horumque regio, vt Matth. 2, 6. Luc. 1, 39. (u) Hebr. 7, 14. etc. 2) alius ex maioribus Chriſti, filius Ioannae, Luc. 3, 26. 3) filius Ioſephi cuiusdam, Luc. 3, 30. Poteſt tamen in ſingulis illis Ἰούδα Genitiuus eſſe à Nominatiuo cum terminatione Graeca

Ἰούδας. Fuit autem ſic 1) filius Iacobi, qui alias Ἰούδα, Matth. 1, 2. 3. 2) filius Mattathiae, cognomine *Maccabaeus*, 1 Macc. 2, 4. c. 3, 1. 2 Macc. 2, 14. etc. 3) filius Chalphi, 1 Macc. 11, 70. 4) filius Simonis, nepos Mattathiae, 1 Macc. 16, 2. 4. 9. etc. 5) Apoſtolus, proditor Chriſti, cognomine *Iſcariotes*, Matth. 10, 4. c. 26, 14. Marc. 3, 19. etc. 6) alius Apoſtolus, cognatus Chriſti et frater Iacobi Minoris, Luc. 6, 16. Ioh. 14, 22. Act. 1, 13. Iud. v. 1. qui alias

(u) Vbi tamen vrbis nomen eſſe, Hebr. יוּטָּה vel יֻטָּה Ioſ. 15, 55. c. 21, 16. contendunt ROB. VALESIVS in *Epiſt.* ad CASAVBONVM, RELANDVS in *Palaeſt.* p. 870. et ZORNIVS in Diſſert. de *veſtitu Iohannis Baptiſtae* §. 9.

alias Θαδδαῖος i. e. הוֹדַי (ν) *laus Domini*, ex תּוֹדָה vel potius inuſit. הוֹדָה *laus*, Matth. 10, 3. Marc. 3, 18. eodem ſenſu. (ξ) Certe etiam Talmudici in Gemara *Sanhedrin* c. 6. תודה quendam inter diſcipulos Ieſu referunt. Idem etiam vocatus eſſe putatur Λεββαῖος, Matth. 10, 3. vid. infra Λευίς. 7) Galilaeus rebellis, Act. 5. 37. 8) Damaſcenus, hoſpes Sauli, Act. 9, 11. 9) Doctor eccleſiae, cognomine *Barſabas*, Act. 15, 22. 27. 32. 10) Leuita quidam, Eſr. 9, 23.

Ab Ἰούδα ſiue Ἰούδας, nomine filii Iacobi, formatum eſt *Gentile*

Ἰουδαῖος, *Iudaeus*, Eſr. 1, 21. Matth. 27, 11, 29. Marc. 7, 3. c. 15, 21. etc. In foemin.

Ἰουδαία, *Iudaea*, ſcil. regio, Iudith. 1, 12. Eſr. 1, 32. 37. 46. Matth. 2, 1. 5. Marc. 1, 5. c. 3, 7. etc.

Inde porro deſcendit Adiectiuum *Poſſeſſiuum*

Ἰουδαϊκὸς, *Iudaicus*, Tit. 1, 14.

Ἰουδὶθ, Hebr. יְהוּדִית *laus*, ſcil. Dei: (*Onom. V. T.* p. 42.) filia Merari, quae Holofernem occidit, Iudith. 8, 1. c. 9, 1. etc.

Ἰούλιος, Lat. *Iulius*, i. e. *qui eſt ex gente Iulia*, dicta, teſte VIRGILIO *Aeneid.* I. 292. ab *Iulo* filio Aeneae, qui nomen accepit à Graeco ἴουλος h. e. *criſpus*. Fuit centurio Romanus, cum Paulo Romam profectus, Act. 27, 1. 3.

Ἰουλίας, *Iulias*, nomen viri, Rom. 16, 15. vel eiusdem originis eſt cum Ἰούλιος, ad Formam Denominatiuorum illorum, de quibus

(ν) Cholem Hebr. per *a* expreſſo, more Chaldaeis et Syris ſolenni, quod et LXX. non raro faciunt: vt in Γαμὶρ pro Hebr. גֹּמֶר, Ἀμμὰν pro Hebr. עַמּוֹן etc. Neque etiam inſolita eſt geminatio Conſonantium, monente GROTIO ad l. c. conf. ſupra Sect. I. § 6.

(ξ) Sic יְהוּדָה idem eſt, qui alias הוֹדַוְיָה et הוֹדְיָה, coll. *Onom. V. T.* p. 52. Cauſam autem huius diuerſitatis Nominum hanc afferunt IVNIVS in *Prooem. ad Epiſt. Iudae*, et BVRMANNVS in *Exercitat. Academ.* P. II. §. 53. vt eo facilius diſtingueretur à *Iuda* proditore; vel quia Nomen *Iudae* poſt proditionem Chriſti inuiſum fuit, vti volunt CHEMNITIVS in *Harmon. Euangel.* p. 273. et LIGTFOOTVS in *Horis Hebr.* ad Matth. 10, 3. qui Nomen תַּדַּאי etiam apud Talmudicos occurrere obſeruat.

quibus vid. ſupra in Ἀινέας; vel. vt vulgo volunt, decurtatum ex Ἰελιανὸς, coll. Sect. I. §. 11. Idem dicendum de

Ἰουνίας, *Iunias*, nomine cognati Pauli, Rom. 16, 7. quod decurtatum putatur ex *iunilius*, Denominatiuo à *Iunilis* pro *Iuuenilis*, ſicut *junior* dicitur pro *iuuenior*. Poſſet tamen quoque deduci à menſis nomine *Iunius*, vt deſignet aliquem *menſe Iunio natum*. Vtrumque Nomen, *Iulias* et *Iunias*, non eſſe *muliebre*, vti quidam volunt, oſtendit Ven. C. B. MICHAELIS in Diſſert. de *Nominibus Propr. virilibus in muliebria, et muliebribus in virilia mutatis*, §. 26. et 27. Idem etiam Accentus in penultima arguit, cum Foeminina in ας acui ſoleant, conf. Sect. I. §. 2.

Ἰοῦστος, Lat. *Iuſtus*, vt Hebr. צָדוֹק: 1) Corinthius, Pauli hoſpes, Act. 18, 7. 2) Iudaeus conuerſus, qui alias *Ieſus*, Col. 4, 11. Fuit et 3) cognomen Barnabae, Act. 1, 23.

Ἰσαάκ, Hebr. יִשְׂחָק et יִצְחָק: *ridebit*, ſcil. quiuis, *ridebitur*: (*Onom. V. T.* p. 422.) patriarcha, filius Abrahami, Tob. 4, 12. Baruch. 2, 34. Matth. 1, 2. Luc. 3, 34. Rom. 9, 7. Hebr. 11, 9. etc.

Ἰσασχὰρ, Hebr. יִשָּׂשכָר (ex יִשָּׂא שָׂכָר) *adfert mercedem*, ſcil. Deus: (*Onom. V. T.* p. 468.) filius Iacobi patriarchae, Apoc. 7, 7. vbi tamen quidam codices habent Ἰσαχὰρ, quomodo et LXX. id nominis expreſſerunt. Inde omnium commodiſſime deducitur *Gentile*

Ἰσκαριώτης, (pro Ἰσαχαριώτης vel Ἰσαχαριώτης,) h. e. *oriundus ex tribu Iſaſchar*: cognomen Iudae proditoris, Matth. 10, 4. Marc. 3, 19. Luc. 6, 16. Ioh. 6, 71. etc. quam deriuationem poſt GROTIVM et CHR. PELARGVM pluribus adornauit Celeb. D. HEVMANNVS in *Miſcellan. Groning.* T. III. Faſc. 4. Vulgo tamen formatum eſſe volunt ex Hebr. אִישׁ קְרִיּוֹת *vir* h. e. *incola Kariotb*, vrbis in tribu Iuda, de qua vid. *Onom. V. T.* p. 71. ſicut dicitur אִישׁ טוֹב *vir Tob* regionis, 2 Sam. 10, 6. 8. quomodo et Iephta à IOSEPHO vocatur Ἴστοβος, coll. Iud. 11, 3. Alii aliter. Vid. de h. n. CANINIVS in *Locis N. T.* c. 13. BVXTORFFIVS in *Diſſertat. varii argumenti* p. 121. ſeq. MONTACVTIVS in *Orig. Eccleſ.* T. II.

L p. 48.

p. 18. GLASSIVS in *Philolog. S.* L. III. Tract. I. Can. 34. BVRMANNVS in *Exercitat. Academ.* P. II. §. 53. BYNAEVS de *morte I. C.* P. I. p. 274. ſeq. WOLFFIVS in *Biblioth. Hebr.* Vol. I. p. 410. RELANDVS in *Palaeſt.* p. 700. et in *Diſſert. Miſcell.* P. I. p. 123. Celeb. C. B. MICHAELIS in Diſſert. de *Nominibus Propr.* p. 28. PFEIFFERVS in *Hebraicis et Exot. N. T.* Loc. IX. G. MEIERVS in Diſſert. de *Iſcariote eucbariſtiae conuiua* p. 5. ſeq. LACKEMACHERVS in *Obſeruat. Philolog.* P. V. n. 4. etc.

Ἰσμαήλ, Hebr. יִשְׁמָעֵאל *exaudit* vel *exaudiebat Deus:* (*Onom. V. T.* p. 502.) filius Abrahami ex Hagare, Iudith. 2, 23.

Cum terminatione Graeca eſt

Ἰσμαῆλος, nomen ſacerdotis, Eſr. 9, 22.

Ἱσπανία, vid. infra Σπανία.

Ἰσραήλ, Hebr. יִשְׂרָאֵל (qui) *principem ſe praeſtabat Deo* vel *de principatu contendebat cum Deo:* (*Onom. V. T.* p. 502.) cognomen Iacobi, à Deo ipſi inditum, metonymice pro eius poſteris ſumitur, Tob. 1, 4. Iudith. 4, 1. Matth. 2, 6. Luc. 1, 16. Act. 1, 6. etc.

Inde eſt *Gentile*

Ἰσραηλίτης, *Iſraëlita*, Ioh. 1, 48. Act. 2, 22. c. 3, 12. Rom. 9, 4. c. 11, 1. etc.

Ἰταλία, *Italia*, regio notiſſima, Act. 18, 2. c. 27, 1. 6. Hebr. 13, 24. BOCHARTVS in *Canaan* L. I. c. 33. ſic dictam putat pro *Itaria*, ab עיטור Talmud. *pix*, qua praeſertim Bruttiorum ager abundat, cui primitus hoc nomen inditum fuit. vnde *pix Bruttia* apud PLINIVM: quomodo tamen minori anomalia ſic dicta videri queat ex אי טליא vel אי טלא *inſula* (o) *picis*, coll. Arab. *telâon* h. e. *pix*. Alii deducunt ex אִי טָלֶה *inſula agni* ſiue *agnorum*. Veteres ſic dictam tradunt ab ἰταλὸς i. e. *taurus* in priſca Graecorum lingua, vid. HESYCHIVS in h. v. vnde et Lat. *vitulus*.

Exinde deſcendit Adiectiuum *Poſſeſſiuum*

Ἰταλικός, *Italicus*, Act. 10, 1.

Ἰτουραῖος,

(o) Veteres enim terram, quae maxima ex parte mari alluitur, *inſulam* vocabant, conf. Cl. I. P. CASSELII Diſſ. de *Friſonum migratione in Americam* p. 15.

Ἰτουραῖος, *Ituraeus*, *Gentile* formatum à יְטוּר filio Iſmaelis: vnde foemin.

Ἰτουραία, *Ituraea*, ſcil. regio, trans Iordanem ſita, Luc. 3, 1. conf. LIGTFOOTI *Chorograph. Lucae praemiſſ.* Cap. I. Sect. 6.

Ἰωάθαμ, Hebr. יוֹתָם *Dominus integer fuit* vel *integrum ſe exhibuit:* (*Onom. V. T.* p. 518.) filius Vſiae ſiue Aſariae, rex Iudae, Matth. 1, 9. Sic quoque LXX. expreſſerunt Hebr. יוֹתָם.

Ἰωακείμ, יוֹיָקִים (quem) *Dominus perſiſtere faciat:* (*Onom. V. T.* p. 514.) fuit 1) rex Iudae, filius Ioſiae, Baruch. 1, 3. qui ſcribitur Ἰωακίμ Eſr. 1, 37. 38. 39. 2) Pontifex M. filius Hilkiae, Baruch. 1, 7. 3) maritus Suſannae, Hiſtor. Suſan. v. 1. 4. 6. 28. 29. etc. Alias

Ἰωακίμ fuit 1) filius Zorobabelis, Eſr. 5, 5. 2) Pontifex M. tempore Iudithae, Iudith. 4, 6. c. 15, 8. Simili modo LXX. Hebr. יוֹיָקִים exprimunt per Ἰωακείμ Ier. 1, 3. alibi per Ἰωακίμ.

Ἰωάννα, i. e. יוֹחָנָה ex יְהוֹחָנָה *Domini donum gratuitum:* vxor Chuſae, Luc. 8, 3. c. 24, 10.

Ἰωαννάν, Hebr. יוֹחָנָן (quem) *Dominus gratioſe donauit:* (*Onom. V. T.* p. 513.) filius Mattathiae primogenitus, 1 Macc. 2, 2. qui Ἰωάννης vocatur c. 9, 36.

Cum terminatione magis Graeca eſt

Ἰωαννᾶς, quidam ex maioribus Chriſti, Luc. 3, 27. et alia terminatione Graeca

Ἰωάννης, 1) filius Simonis, pater Mattathiae, 1 Macc. 2, 1. 2) filius Mattathiae, 1 Macc. 9, 36. qui alias Ἰωαννάν, vti modo dictum. *Nepotibus* ſaepe *auorum* nomina indita fuiſſe, notaui in *Onom. V. T.* p. 17. 18. 3) nepos Mattathiae, filius Simonis, 1 Macc. 13, 53. c. 16, 1. 2. etc. 4) filius Iacobi cuiusdam, 1 Macc. 8, 17. 5) pater Eupolemi, 2 Macc. 4, 11. 6) Iudaeorum legatus, 2 Macc. 11, 17. 7) Baptiſta, filius Zachariae, Matth. 3, 1. Marc. 1, 4. Luc. 1, 13. 60. 63. etc. 8) Apoſtolus et Euangeliſta, filius Zebedaei, Matth. 4, 21. c. 10, 2. Marc. 1, 19. Gal. 2, 9. Apoc. 1, 1. etc. 9) quidam ex genere pontificio, Act. 4, 6. 10) filius Mariae cu-

 iusdam,

Digitized by Google

iuſdam, cognomine *Marcus*, Act. 12, 12. 25. c. 13, 5. 13. c. 15, 37. 11) alius, Eſr. 9, 29.

Ἰωαρὶβ, Hebr. יוֹיָרִיב *Dominus cauſam agit*, ſcil. parentum: (*Onom. V. T.* p. 514.) nomen ſacerdotis, ex cuius genere fuit Mattathias, 1 Macc. 2, 1. c. 14, 29. (coll. 1 Chron. 9, 10. c. 24, 7. etc.) in quo poſteriore tamen loco vulgo legitur Ἰαρὶβ, i. e. יָרִיב *cauſam agit*, ſcil. Dominus, vid. *Onom. V. T.* p. 430.

Ἰὼβ, Hebr. אִיּוֹב *deſiderium vehementiſſimum:* (*Onom. V. T.* p. 270. et 437.) nomen viri patientiſſimi, Iac. 5, 11.

Ἰωὴλ, Hebr. יוֹאֵל *Iehova* (eſt) *Deus:* (*Onom. V. T.* p. 517.) nomen prophetae, Act. 2, 16.

Ἰωνάθαν, Hebr. יוֹנָתָן (quem) *Dominus dedit:* (*Onom. V. T.* p. 514.) fuit 1) filius Sauli regis, 1 Macc. 4, 30. 2) filius Simei cuiusdam, Tob. 5, 13. 3) filius Mattathiae, 1 Macc. 2, 5. c. 5, 17. 2 Macc. 8, 22.

Cum terminatione magis Graeca, mutato ν in σ, dicitur

Ἰωνάθας, 1) ſacerdos ſummus, filius Iojadae, 2 Macc. 1, 23. coll. Neh. 12, 11. 2) filius Aſaëlis, Eſr. 9, 14. coll. Eſr. Canon. c. 10, 15.

Ἰωνὰν, nomen 1) viri, Eſr. 9, 1. ex Hebr. יוֹחָנָן, coll. Eſr. Canon. c. 10, 6. 2) cuiusdam ex maioribus Chriſti, Luc. 3, 30.

Ἰωνᾶς, Hebr. יוֹנָה *columba:* (*Onom. V. T.* p. 403.) nomen 1) prophetae, Matth. 12, 39. 40. 41. c. 16, 4. Luc. 11, 29. 30. 32. 2) patris Apoſtoli Petri, Ioh. 1, 42. c. 21, 15. 16. 17. qui inde cognominatus eſt Βὰρ Ἰωνᾶ, h. e. *filius Ionae*, Matth. 16, 17. Sed Ἰωνὰς Eſr. 9, 23. plane falſum eſt, pro Hebr. אֱלִיעֶזֶר coll. Eſr. Canon. c. 10, 23.

Ἰωρὰμ, Hebr. יוֹרָם *Dominus elatus eſt* vel *extulit ſe:* (*Onom. V. T.* p. 515.) fuit 1) filius Ioſaphati, rex Iudae, Matth. 1, 8. 2) ſacerdos quidam primarius, Eſr. 1, 9.

Ἰωρεὶμ, ex יְהוֹיָרִים vel יוֹיָרִים (quem) *Dominus extollat*, à רוּם; vel eſt nudum fut. Hiph. יוֹרִים *extollat*, ſcil. Dominus, à rad.

rad. ירם, vnde et Propria יְרִימוֹת, יְרֵמוֹת et יְרָמוֹת. Fuit vnus ex maioribus Chriſti, Luc. 3, 29.

Ἰώσαβδος, filius Ioſuae Pontificis, Eſr. 8, 63. Hebr. יוֹזָבָד (quem) *Dominus donauit*. Vid. *Onom. V. T.* p. 512. 513.

Ἰωσαφάτ, Hebr. יוֹשָׁפָט *Dominus iudicauit:* (*Onom. V. T.* p. 516.) rex Iudae, filius Aſae, Matth. 1, 8.

Ἰωσεδὲκ, i. e. יוֹצָדָק *Domini iuſtitia:* Pontifex Maximus, pater Ioſuae, Sir. 49, 12. Eſr. 5, 5. 48. 55. qui Hebr. ſemper vocatur יְהוֹצָדָק vel יוֹצָדָק *Dominus iuſtus fuit* vel *iuſtum ſe exhibuit*, vid. *Onom. V. T.* p. 515. Apud LXX. tamen etiam Ἰωσεδὲκ pro eo occurrit, vt Eſr. 3, 2. 8. c. 5, 2. Hagg. 1, 1. 12. Neh. 12, 26.

Ἰωσῆς i. e. Hebr. יֹאשָׁה (quem) *donat*, ſcil. Dominus, coll. Compoſ. יֹאשִׁיָּה in *Onom. V. T.* p. 532. vel ex fut. Hiph. יוֹשַׁע (alias יוֹשִׁיעַ) *ſeruet*, ſcil. Dominus, coll. ſimili ex Praet. הוֹשַׁע. GROTIO autem decurtatum videtur ex Ἰώσηφος. Fuit nomen 1) cognati Chriſti Matth. 13, 55. c. 27, 56. Marc. 6, 3. c. 15, 40. 47. 2) cuiusdam ex maioribus Chriſti, Luc. 3, 29. 3) doctoris eccleſiae, qui alias *Barnabas*, Act. 4, 36.

Ἰωσὴφ, Hebr. יוֹסֵף *addat*, ſcil. Deus alium filium: (*Onom. V. T.* p. 429.) occurrunt hoc nomine 1) filius Iacobi patriarchae, Sir. 49, 15. 1 Macc. 2, 53. Ioh. 4, 5. Act. 7, 9. etc. 2) quidam ex maioribus Iudithae, Iudith. 8, 1. 3) tres ex maioribus Chriſti, Luc. 3, 24. 26. 30. 4) maritus Mariae virginis, Matth. 1, 16. 18. Luc. 1, 27. c. 3, 23. etc. 5) Senator, Arimathaeenſis, Matth. 27, 57-59. Marc. 15, 43. 45. Luc. 23, 50. Ioh. 19, 38. 6) alius, qui et *Barſabas*, cognomine *Iuſtus*, Act. 1, 23.

Cum terminatione Graeca eſt

Ἰώσηφος, 1) filius Zachariae cuiusdam, dux exercitus, 1 Macc. 5, 18. 60. 2 Macc. 8, 22. c. 10, 19. 2) vir alius, Eſr. 9, 34.

Ἰωσίας, Hebr. יֹאשִׁיָּה (quem) *donat Dominus:* (*Onom. V. T.* p. 532.) rex Iudae, filius Amonis, Sir. 49, 1. 4. Baruch. 1, 8. Eſr. 1, 1. 7. Matth. 1, 10. 11.

Digitized by Google

K.

Καδδὶς; i.e. קַדִּישׁ *ſanctus:* cognomen Iohannis, filii Mattathiae, 1 Macc. 2, 2.

Κάδης, Hebr. קָדֵשׁ *ſacer* (locus), i.e. *aſylum;* nomen vrbis in finibus Idumaeae, Iudith. 1, 9. 1 Macc. 11, 63. 73. vid. *Onom. V. T.* p. 33. Alia fuit

Κάδης Βαρνὴ, Hebr. קָדֵשׁ בַּרְנֵעַ *Kades Barnaeae* i. e. *deſerti vagationis*, ſcil. Hagaris et Iſmaëlis, coll. Gen. 21, 14. 21. vel Iſraëlitarum, ſita in deſerto Pharan Iudith. 5 14. vid. *Onom. V. T.* p. 461. Fuit quoque *Kades* ſiue *Kedes* in tribu Naphtali, quo referunt Tob. 1, 2. vbi exſtat Κυδίως, quod RELANDVS in *Palaeſt.* p. 1035. legendum putat Κύδιος, quaſi Genitiuus ſit à Nominat. Κύδις, pro Hebr. קֶדֶשׁ, quomodo et Interpres Syrus intellexit.

Καϊάφας, h. e. Chald. כֵּיפָא *depreſſio*, *humiliatio:* nomen Pontificis, Matth. 26, 3. 57. Luc. 3, 2. Ioh. 11, 49. Act. 4, 6. etc. vid. BYNAEVS de *morte I. C.* P. I. p. 117. 118. et conf. ad nominis rationem Hebr. מִיכָה, כְּנַעַן etc.

Κάϊν, Hebr. קַיִן *poſſeſſio:* (*Onom. V. T.* p. 222.) filius Adami primogenitus, Hebr. 11, 4. 1 Ioh. 3, 12. Iud. v. 11. Abſurdam IOH. PETR. ERICI huius nominis deriuationem à Graeco ἀκέανος exploſit Ven. I. D. WINCKLERVS in *Hypomnemat. Philolog.* p. 1. ſeq.

Eius *Augmentatiuum* eſt

Καινὰν, Hebr. קֵינָן *poſſeſſio ampla:* (*Onom. V. T.* p. 330.) nomen filii Enoſi, Luc. 3, 37. Sed v. 36. Καϊνὰν eſſe ſuppoſititium, communis eſt interpretum ſententia.

Καῖσαρ, Lat. *Caeſar*, à *caeſarie*, qua cum in lucem prodiit Iulius *Caeſar;* aliis à *caedendo*, quod *matris vtero exciſus* fuerit; aliis denique à *caeſo* elephanto. Vid. SPARTIANVS in *Aelio Vero* c. 2. qui teſtatur, *elephantem* lingua Maurorum *Caeſa* dici, pro quo SERVIVS habet *Caeſar*. Verior forſitan ſcriptura eſt *Caeſam*, hoc vero idem cum Arab. عَيْثَم *elephas.* Hoc nomine poſtea omnes

omnes Iulii *Caeſaris* ſucceſſores appellati ſunt. Occurrit ſic Matth. 22, 17. 21. Marc. 12, 14. Luc. 2, 1. etc.

Inde deſcendit

Καισάρεια, *Caeſarea:* vrbs, olim *Turris Stratonis*, poſtea ab Herode M. in honorem *Caeſaris* Auguſti ſic vocata, Act. 8, 40. c. 9, 30. c. 10, 1. etc. conf. IOSEPHVS de *bello Iud.* L. I. c. 16. PLINIVS L. V. c. 13. et AMMIANVS MARCELLINVS L. XIV. c. 26. Alia fuit

Καισάρεια Φιλίππου, vid. infra Φίλιππος.

Καλλισθένης, (retracto Accentu pro Καλλισθενὴς,) i. e. *egregio robore praeditus:* viri nomen, 2 Macc. 8, 33.

Καλοὶ Λιμένες, h. e. *boni portus:* locus inſulae Cretae, à *portuum commoditate* ſic dictus, Act. 27, 8. Sic Καλὸς Λιμὴν fuit ſinus Cherſoneſi Tauricae, quia totus fuit *portuoſus*.

Κανᾶ, Hebr. קָנָה *canna*, *arundo:* (*Onom. V. T.* p. 34.) vrbs Galilaeae Inferioris, à *cannarum* copia, Ioh. 2, 1. 11. c. 4, 46. c. 21, 2. *Canam* hodienum *arundinibus* abundare, praeter GROEBELIVM etiam teſtatur ZWINNERVS in *Florilegio* ſiue Blumenbuch des H. Landes p. 509.

Καναανίτης, cognomentum Simonis Apoſtoli, Matth. 10, 4. Marc. 3, 18. à Luca c. 6, 15. Act. 1, 13. explicatum per Ζηλωτὴς, coll. Hebr. קַנָּא *zelotes*, quod ſcriptum eſt pro קְנָּא: vnde, ſcheva pronunciato per *a*, vt alibi ſaepius, et addita terminatione Graeca *Gentilitia*, fit Καναανίτης, h. e. *qui eſt de gente* vel *ſecta Zelotarum*, è quorum numero hic Simon fuiſſe videtur BVRMANNO in *Exercitat. Academ.* P. II. §. 53. Neque opus eſt, vt cum CANINIO in *Locis N. T.* p. 67. aliisque apud WOLFFIVM in *Curis Crit.* ad Matth. 10, 4. Κανανίτης legamus. Sunt, quibus Καναανίτης *Gentile* eſt à Κανᾶ vrbis nomine, (π) ſed irregulariter formatum; tanquam à Κανὰν; ſicut apud Hebraeos à שֵׁלָה fit *Gentile* שֵׁלָנִי, à גִּלֹה, גִּילֹנִי, à שִׁילֹה שִׁילֹנִי, à פֵּאָה פֵּינִי etc. vbique adiecto *Nun:* quomodo

(π) Sic Κανανίτης cognomen fuit Athenodori, Philoſophi Stoici, teſte STRABONE, ἀπὸ κώμης τινὸς, *à vico quodam*.

modo alterum nomen Ζηλωτὴς non tam explicatio Grammatica foret, quam alluſio quaedam paronomaſtica, qualis occurrit in Σιλωὰμ et Ναζαρηνὸς, de quibus vid. ſuo loco. Conf. Celeb. HARENBERGII *Otia Gandersheimenſ.* Obſeruat. IV.

Κανδάκη, nomen reginae Aethiopiae, quae imperauit in Meroën, Act. 8, 27. HILLERVS illud deducit ex Aethiop. ቀንድ: *dominatus eſt*, et ገብ: *ſeruus:* quomodo et Rex Aethiopum inter Orientis mercatores vocatur پرستار خان *Preſtar Chan*, h. e. *mancipiorum* ſiue *ſeruorum princeps*, et Arabibus vox عبد, *ſeruus*, abſolute poſita, *Aethiopem* notat. Conf. de Regum Aethiopiae imperio abſoluto in ſubditos tanquam *ſeruos*, quae habet IOBVS LVDOLFVS in *Hiſtor. Aethiop.* L. II. c. 9.

Καπερναοὺμ, i. e. כְּפַר נַחוּם *vicus Nahumi:* oppidum Galilaeae, à *Nahumo* quodam denominatum et hoſpitio Chriſti nobilitatum, Matth. 4, 13. c. 8, 5. c. 11, 23. Marc. 1, 21. etc. Conf. WAGENSEILIVS ad Tractat. Talmud. *Sota* p. 464. et LIGTFOOTVS in *Centuria Chorograph. Matthaeo praemiſſ.* c. 80.

Καππαδοκία, *Cappadocia*, Aſiae Minoris regio, Act. 2, 9. 1 Petr. 1, 1. ab amne *Cappadoce* ſic dicta, cuius nomen HILLERVS in *Syntagm. Hermeneut.* p. 168. deriuat à קַפְּדָךְ h. e. *abſciſſio, disterminatio*, ſcil. Galatarum et Cappadocum, (ϱ) à rad. Chald. et Syr. קפד *abſcidit*, cum Caph *formatiuo*, Chaldaeis frequentiſſimo.

Καρία, regio Aſiae Minoris, ab Hebr. כַּר *aries*, *agnus*, ob *ouium* copiam, 1 Macc. 15, 23. conf. BOCHARTVS in *Canaan* L. I. c. 7. et HILLERVS l. c. p. 181.

Κάρμηλος, Hebr. כַּרְמֶל i. e. *viridiſſimus*, paſcuis ſcil. et arboribus: (*Onom. V. T.* p. 442.) mons Palaeſtinae, Iudith. 1, 7. (σ)

Καρναὶν,

(ϱ) PLINIVS L. VI. c. 3. *Vbi diſterminat eos* Cappadox *amnis, à quo nomen traxere antea* Leucoſyri *dicti.*

(σ) HIERONYMVS in Ieſ. 10, 18. *Carmelus eſt mons Galilaeae nemoribus conſitus*, et in Ier. 4, 36. *Carmelus mari imminet magno, oleis conſitus et arbuſtis, vineisque condenſus.* Carmelum ſemper virere, teſtatur TROILO in *Itinerar.* p. 62. diuitem

Καρναΐν, vrbs, gigantum olim ſedes, 1 Macc. 5, 26. 43. 44. quae Hebr. plenius עַשְׁתְּרוֹת קַרְנַיִם *idola Aſtartes bicornis*, vel *Aſtaroth duorum iugorum montis*, coll. 2 Macc. 12, 21. vid. *Onom. V. T.* p. 444.

Cum terminatione Graeca dicitur

Καρνίον, 2 Macc. 12, 21. 26.

Κάρπος, (retracto Accentu pro Καρπὸς,) h. e. *fructus:* nomen viri, 2 Tim. 4, 13. Ad nominis rationem conf. *Onom. V. T.* p. 187. not. (f).

Κάσπιν vel Κάσπις, 2 Macc. 12, 13. eadem vrbs cum Talmudicorum חַסְפִּיָה, vt coniicit RELANDVS in *Palaeſt.* p. 134. fortaſſis ſic dicta, quod ſita eſſet in loco *lutoſo*, coll. Chald. חסף *lutum*. Hebr. ח Graeci ſaepe per κ exprimere ſolent.

Κεγχρεαὶ, *Cenchreae:* vicus vel oppidulum Peloponneſi in ipſo iſthmo, cum portu, Act. 18, 18. Rom. 16, 1. quod à largo prouentu *milii* nomen accepit: eſt enim κέγχρος *milium*. (τ) Sic alius ſupra Cenchreas portus Σχοινοῦς, h. e. *iuncoſus*, *arundinoſus*, dictus eſt à *iuncorum* copia. Poſſet et Κεγχρεά eiusdem ſignificationis eſſe cum altero Nomine Περιεκτικῷ, κεγχρεών, quod HARPOCRATION ex DEMOSTHENE et THEOPHRASTO affert et per locum exponit, ὅπου τὴν ἐκ τῶν μετάλλων κέγχρον διέψυχον: nam κέγχρος quoque *granum* ſiue *ramentum metallorum* notare exinde concluditur.

Κεδρών,

diuitem eſſe oleis et vitibus, ſi colitur, atque variis generibus fructuum et herbarum abundare, SANDYSIVS in *Itinerar.* p. 158. Vnde mirum non eſt, Pythagoram tantopere illo fuiſſe delectatum, teſte IAMBLICHO in *Vita Pythagorae* c. 3.

(τ) Inde ergo fit Nomen Deriuatiuum Περιεκτικὸν, vt Grammatici vocant, ſiue *Comprehenſiuum:* qualia Nomina *Copiam* quandam et *Congeriem* ſiue *Complexum* plurium denotant, terminata in ά, praecedente ι, rarius ε, aut diphthongo αι et ει, conf. EVSTATHIVS ad HOM. *Iliad.* IX. 213. et *Etymolog. M.* in λαλιά: vt ἀνθρακιά *carbonum ſtrues*, γενεά *progenies*, *generis* ſiue *liberorum complexus*, it. *aetas*, *ſeculum*, *hominum ſimul natorum* vel *viuentium complexus*, δωρειά *donorum plurium congeries*, λαλιά *verborum congeries*, *loquacitas*, etc.

M

Κεδρὼν, Hebr. קִדְרוֹן h. e. *valde tenebroſus*, *obſcurus* (locus), montibus ſcil. et arboribus tectus atque obſcuratus: nomen vrbis, cuius mentio fit 1 Macc. 15, 39. 41. c. 16, 9. vbi tamen quidam Γεδὼρ legunt. Sed Κέδρων Ioh. 18, 1. *Appellatiuum* eſſe videri poſſet, tum ob praefixum Articulum τῶν, tum ob Accentum in penultima, qui in vltima eſſe debebat, ſi ab Hebr. קִדְרוֹן eſſet: ſicque à multis exponitur, vt à GROTIO, LAVR. VALLA, VRSINO, HILLERO in *Hierophyt*. P. I. p. 389. l. c. BIELIO in Diſſert. de *lignis ex Libano* Sect. II. §. 6. ſeq. Anonymo in Berliniſchen Hebopfern T. II. p. 49. ſeq. aliisque apud WOLFFIVM in *Curis Crit.* ad Ioh. 18, 1. vt adeo torrens ille prope Hieroſolymam nomen acceperit à *cedris*. (v) Conſ. ZORNII *Opuſc. S.* T. II. p. 103. ſeq. et DILHERRI *Diſputat. Academ.* T. II. p. 12. ſeq. Certe etiam LXX. Interpretes Hebr. נַחַל קִדְרוֹן reddiderunt *χείμαῤῥος τῶν κέδρων*, 1 Reg. 15, 13. alibi ſine Articulo. Vid. tamen *Onom. V. T.* p. 345. et conſ. ſupra Sect. I. §. 10.

Κενδεβαῖος, nomen amici regis Antiochi, 1 Macc. 15, 38. 40. c. 16, 4. 8. deduxerim ab Arab. قَنْدَوَا (kendevaon) *obeſus*, it. *capito*. GROTIVS deriuat à parte Phoenices *Cendevia*; ſed *Cendevia* erat *palus* ad Carmelum, non *vrbs* aut *vicus*.

Κηφᾶς, vid. infra Πέτρος.

Κιλικία, *Cilicia*, Aſiae Minoris regio, Iudith. 1, 12. 1 Macc. 11, 14. 2 Macc. 4, 36. Act. 6, 9. c. 15, 23. 41. Gal. 1, 21. etc. ſec. BOCHARTVM in *Canaan* L. I. c. 5. dicta à חֲלָקִים, *lapidibus*, quod ſit regio *lapidoſa*, maxime illa pars, quae *Aſpera*, Graec. Τραχεῖα, appellatur. Poſſet tamen etiam ſic vocata videri ab Arab. حلك *mons prominentior*: admodum enim *montoſa* eſt et *montibus*, Tauro maxime et Amano, quaſi circumuallata.

Κὶς,

(v) Hodienum *cedros* à capite aluei illius exſtare, refert TROILO in *Itinerar. Orient.* p. 248. nullas vero ſuo tempore ſuperfuiſſe, MYLLERVS in *Itinerar.* p. 134. Hinc per נַחַל הַשִּׁטִּים Ioël. 4, 18. torrentem hunc intelligit BIELIVS l. c. §. 5. ſeq.

Κὶς, Hebr. קִישׁ *aucupium*, *res aucupio* quaſi *capta:* (*Onom. V. T.* p. 77.) pater Sauli regis, Act. 13, 21.

Κιτιεὺς, *Kittaeus* i. e. *Macedo*, 1 Macc. 8, 5. *Gentile* formatum ab Hebr. כִּתִּי, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 370. conf. infra Μακεδών. Alias *Gentile* eſt à *Citium*, vrbe Cypri: vnde Zeno Philoſophus dictus eſt Κιτιεὺς ſiue Κιττιεὺς apud DIOGENEM LAERT.

Κλαύδη, inſula Cretae vicina, Act. 27, 16. PTOLEMAEO Κλαῦδος, nomen nacta vel ex κλάω *frango*, et ὕδος *aqua*, q. d. *fractio aquae*, h. e. *ad quam aqua maris frangitur*, vel, vt HILLERO placet, ex κλάω et αὐδὴ *vox*, *ſonus*, q. d. *fractio ſoni*, h. e. *vbi ſonus frangitur et repercutitur.*

Κλαύδιος, Lat. *Claudius*, i. e. *qui eſt ex gente Claudia*, cuius auctor, teſtibus LIVIO L. II. c. 16. et VIRGILIO *Aeneid.* VII. 705. ſeq. fuit Atta *Clauſus*, Sabinus. Significat autem *Clauſus captivum*, vel idem eſt cum *Claudus*, à *claudendo*, ſicut Hebr. אִטֵּר, *ſcaeva*, eſt ab אטר *clauſit*. In N. T. memoratur Tiberius *Claudius*, Caeſar Romanorum, Act. 11, 28. c. 18, 2. c. 23, 26.

Foemininum eſt

Κλαυδία, *Claudia*, *quae eſt de gente Claudia:* nomen mulieris, 1 Tim. 4, 21.

Κλεόπας, decurtatum ex Κλεόπατρος, (quod nomen fuit praefecti apud Corinthios,) i. e. κλέος πατρὸς, *gloria patris:* maritus Mariae cuiusdam, pater Iacobi Minoris, Luc. 24, 18. pro quo contractius dicitur

Κλωπᾶς, Ioh. 19, 25. conf. infra Πατρόκλος, et ad nominis rationem *Onom. V. T.* p. 449. not. (ψ). Habuit *Cleopas* ille etiam Nomen Hebr. (coll. Sect. I. §. 14.) Ἀλφαῖος, Matth. 10, 3. Marc. 3, 18. Luc. 6, 15. Act. 1, 13. Hebr. חַלְפַי *permutatio* ſiue *compenſatio Domini*, à rad. חלף *mutatus eſt*, in Pahel Chald. et Syr. *mutauit*, *alternauit*, vnde Syr. תחלופא *compenſatio.* (φ) Sunt tamen,

M 2 qui

(φ) Nomen חלפי etiam apud Talmudicos occurrere idque *Alphai* et *Cleophi* ſonare poſſe, notant LIGTFOOTVS in *Commentar.* ad Act. 1, 13. et BVRMANNVS

qui *Cleopam* ab *Alphaeo* diſtinguunt, vt NOLDIVS in *Hiſtor. Idum.* p. 343. Idem Ἀλφαῖος, vel alius eiusdem nominis, fuit pater Leui, Marc. 2, 14.

A Κλεόπατρος eſt Foemininum

Κλεοπάτρα, *gloria patris:* filia Ptolemaei, Alexandro regi Syriae nupta, 1 Macc. 9, 57. 58.

Κλήμης, Lat. *Clemens:* (χ) Diaconus eccleſiae Philippenſis, Phil. 4, 3.

Κνίδος, vrbs Cariae, partim in peninſula, partim in inſula ſita, 1 Macc. 15, 23. Act. 27, 7. quae Profanis etiam Γνίδος, ab HILLERO deriuatur ab Hebr. עגד *alligauit, annexuit*, ע per γ pronunciato, vt alias ſaepiſſime: fuit enim inſula illa aggeribus vel, vt PAVSANIAS in *Eliac.* I. 24. habet, ponte *iuncta* continenti, *Cnidum* quodammodo biurbem faciens, teſte STRABONE L. XIV. Alii ſic dictam volunt à copia *vrticarum*, coll. Graec. κνίδη *vrtica*.

Κοιλὴ Συρία, vid. infra Συρία.

Κούντος, Lat. *Quintus*, (frequens inter Romanos Nomen,) ab ordine natiuitatis: fuit praenomen Memmii, vid. infra Μέμμιος, et conf. ſimilia Κούαρτος et Τέρτιος.

Κολοσσαὶ, *Coloſſae*, vrbs Phrygiae, ad fluuium Lycum, Col. 1, 2. Profanis etiam *Colaſſa* ſiue *Colaſa*, nomen accepiſſe putatur à *coloſſo* quodam; ſicut *Ad ſtatuas* locus fuit Pannoniae, per quem CELLARIVS in *Notit. Orb. antiq.* T. I. L. II. c. 8. §. 21. vrbem *Coloczam*, à *coloſſis* ſiue *ſtatuis* nomen habentem, intelligit. Sed potius referendum eſt ad Phoenic. חֲלָצָה ſiue חֲרָצָה *ereptio, euaſio*, ex quo argumento etiam alia illarum regionum loca denominata ſunt: vt *Cales*, vrbs Bithyniae, à חֲלָץ *ereptio, euaſio; Clitae*, aliud oppidum Bithyniae, à חֲלִיצָה, mutato צ in *t*, *Coluſſa*,

MANNVS in *Exercitat. Academ.* P. II. §. 53. conf. E. L. VRIEMOETI *Obſeruat. Miſcell.* L. I. c. 13. Ἀλφαῖος tamen eſſe originis Graecae, contendit SALMASIVS in *Oſſileg. ling. Helleniſt.* p. 383.

(χ) Κλήμης dicitur pro Κλήμεντς, omiſſo ν, quippe quod, vt ex Grammatica conſtat, alias Conſonantes poſt ſe non patitur, praeter δ, θ, τ.

Coluſſa, oppidum Phrygiae, à חֲלוּצָה; ſic *Eleuſa*, oppidum Ciliciae, *Iluſa* ſiue *Iluza*, oppidum Phrygiae, etc.

Κορὲ, Hebr. קֹרַח *caluus:* filius Iizharis, Sir. 45, 18. Iud. v. 11. vid. *Onom. V. T.* p. 198.

Κόρινθος, *Corinthus*, metropolis Achaiae, Act. 18, 1. c. 19, 1. 1 Cor. 1, 2. 2 Cor. 1. 1. 23. 2 Tim. 4, 20. ſic dicta à Phoenic. ſiue Chald. emphat. קְרוּנְתָּא *cornu*, metaphor. *vertex montis*, vt Hebr. קֶרֶן: ſita enim erat ad rupem excelſam, cui inaedificata erat arx, *Acrocorinthus* vocata. (ψ) Sed HILLERVS eius nomen deducit ex Graeco κόραι ἔνθα, h. e. *vbi puellae* ſiue *meretrices ſunt*, quae Graecis Κορίνθιαι ἑταῖραι ſiue κόραι. (ω)

Inde eſt *Gentile*

Κορίνθιος, *Corinthius*, Act. 18, 8. 2 Cor. 6, 11.

De Διοσκορίνθιος vid. ſupra p. 54.

Κορνήλιος, Lat. *Cornelius*, h. e. *qui eſt ex familia Cornelia*, cui nomen dediſſe videtur auctor gentis *Cornelus* quidam, q. d. *Corneolus*, i. e. durus inſtar *cornu*, it. gemma, quae alias *carneolus* et *lapis Sardius*. In ſacris memoratur *Cornelius* Centurio, ad Chriſtum conuerſus, Act. 10, 1. 3. 7. 17. etc.

Κάαρτος, Lat. *Quartus:* nomen viri, Rom. 16, 23. vid. *Onom. V. T.* p. 15. et conf. CVPERI *Apotheoſis Homeri* p. 272.

Κράτης, (retracto Accentu pro Κρατὴς) i. e. *fortis, robuſtus:* nomen praefecti Cypriorum, 2 Macc. 4, 29. Graecae eſſe originis, exinde colligitur, quod paſſim inter Nomina *Propr.* Graecorum occurrat, licet aliter flectatur ac Compoſita *Appellatiua* à κράτος, *robur*, in κρατης terminata; eſtque eiusdem ſignificationis cum Appellat. κρατερὸς et κρατὺς *fortis, robuſtus.* (a)

(ψ) Ad etymon illud alluſiſſe videtur DEMETRIVS *Pharius*, quando Corinthum et Ithomen ſiue Meſſenen, aliam Peloponneſi vrbem, ſitu *Corintho* fere ſimilem, *cornua* vocauit, apud PLVTARCHVM in *Vita Arati.*

(ω) Hoc etymon reſpexiſſe videtur ANACREON Carm. XXXII. vbi de *Corintho* canit: "Οπα καλαὶ γυναῖκες, *vbi formoſae ſunt foeminae.*

(a) Eſt ſcil. Κρατὴς ſiue Κράτης formatum ad analogiam *Appellatiuorum* ἀελλὴς *procelloſus*, (ab ἄελλα,) ἀλκὴς *robuſtus*, (ab ἀλκὴ *robur*,) ψευδὴς *mendax*, (à ψεῦδος,) etc. quae ſingula notionem *Copiae* inſinuant.

Κρήσκης, Lat. *Creſcens:* Pauli diſcipulus, 2 Tim. 4, 10.

Κρήτη, *Creta*, inſula maris mediterranei, 1 Macc. 10, 67. Act. 27, 7. 12. 13. 21. Tit. 1, 5. ſec. HILLERVM ſic dicta à Phoenic. כְּרֵתָה ſiue כְּרִיתָה *abſciſſa*, ſcil. ab Aſia. (b) BOCHARTVS autem in *Canaan* L. I. c. 15. deriuat à כְּרֵת, h. e. *exciſio*,) nomine loci Palaeſtinae, vnde *Crethaei* dicti ſint. Conf. DICKINSON in *Delphis Phoeniciſſ.* c. 7. not. (f), vid. quoque ſupra Γόρτυν.

Gentile eſt

Κρῆς (pro Κρῆτς) *Cretenſis*, Act. 2, 11. Tit. 1, 12.

Κρίσπος, Lat. *Criſpus*, ſcil. capillis, (frequens inter Romanos Nomen *Propr.* vnde et *Criſpinus:*) archiſynagogus Corinthius, à Paulo conuerſus, Act. 18, 8. 1 Cor. 1, 14.

Κύπρος, *Cyprus*, inſula maris mediterranei, 1 Macc. 15, 23. 2 Macc. 10, 13. Act. 11, 19. c. 13, 4. c. 15, 39. etc. ſic dicta à *cypro* planta, Hebr. כֹּפֶר, Arab. *albenna*, vt volunt STEPHANVS *de Vrb.* aliique quidam apud EVSTATHIVM ad DIONYS. *Perieg.* v. 508. conf. BOCHARTVS l. c. c. 3. et WORMIVS de *corrupt. Antiquit. Hebr.* L. II. p. 158. vnde *Cyprus* εὐώδης vocatur ab HOMERO *Hymn. in Vener.* v. 66. Hodie tamen raro ibi prouenire plantam illam, refert TROILO in *Itinerar. Orient.* p. 26. (c)

Inde fit *Gentile*

Κύπριος, *Cyprius*, 2 Macc. 4, 29. Act. 4, 36. c. 11, 20. c. 21, 16.

Κυρήνη, *Cyrene*, Libyae vrbs, 1 Macc. 15, 23. Act. 2, 10. nomen nacta à Κυρή, fonte illius regionis, cuius mentionem faciunt STEPHANVS *de Vrb.* et CALLIMACHVS in *Hymno in Apollin.*

Inde deſcendit *Gentile*

Κυρηναῖος,

(b) Sicut Syr. גזרתא vel גזירתא et Arab. גזר et גזרה, *inſula*, dicitur à גזר *abſcidit.* Ab eodem כרת nomen accepit *Caretha*, inſula maris Lycii, poſtea *Dionyſia* appellata.

(c) Multa loca ab *arboribus* et *prouentu fructuum* Nomina accepiſſe, notaui in *Onom. V. T.* Sect. I. §. 16. quod idem iam ex Veteribus obſeruarunt Scholiaſtes ARISTOPHANIS in *Plut.* v. 586. et EVSTATHIVS ad HOM. *Iliad.* II. 853. et ad DIONYS. *Perieg.* v. 456.

Κυρηναῖος, *Cyrenaeus*, 2 Macc. 2, 23. Matth. 27, 32. Marc. 15, 21. Luc. 23, 26. Act. 6, 9. etc.

Κυρήνιος, Lat. *Quirinius*, (d) Denominatiuum à *Quirinus*, nomine Romuli, inter Deos relati, conf. CHR. FR. BOERNERI Diſſert. de *Romuli cognomento clarisque Quirinis*. Fuit autem Publius Sulpitius *Quirinius* Auguſti Caeſaris Legatus in Syria, Luc. 2, 2.

Κυρία, h. e. *domina*, 2 Ioh. 1, 1. 5. Nomen *Proprium* eſſe, non *Appellatiuum*, poſt HEIDEGGERVM in *Enchirid. Bibl.* L. III. c. 26. §. 2. et SCHVRZFLEISCHIVM in *Actis Litterar.* p. 70. pluribus tuentur D. HEVMANNVS in *Poecile* T. II. p. 421. ſeq. et T. III. p. 15. ſeq. et CHR. AVG. KRIEGELIVS in *Epiſt. ad Wernsdorffium de* Κυρίᾳ *Iohannis*.

Κύρος, Hebr. כֹּרֶשׁ i. e. *ſol: (Onom. V. T.* p. 589.) *Cyrus*, rex Perſiae, Eſr. 2, 1. c. 4, 44. Hiſtor. Beli et Drac. v. 1. etc.

Κωνὰς, Iudith. 4, 4. vt Nomen *Propr.* vrbis vulgo legitur, pro quo reſtituendum videtur Κανᾶς, à Nominat. Κανᾶ, quod vid. ſupra. Sed alii codices habent *κώμας* i. e. *vicos*.

Κῶς, inſula maris Aegaei, vna ex Cycladibus, cum vrbe eiusdem nominis, 1 Macc. 15, 23. Act. 21, 1. EVSTATHIVS ad HOM. *Iliad.* XIV. ab *ouibus* dictam eſſe tradit, quod BOCHARTVS in *Canaan* L. I. c. 7. de altero illius nomine Καρὶς, ab Hebr. כַּר *aries*, *ouis*, intelligit, dubitans, *κῶς ouem* ſignificaſſe, (e) ideoque ab artificio *texturae*, qua ea celebrata fuit, illud nominis arceſſit, coll. Hebr. קַו et תִּקְוָה *filum*, et מִקְוַת *netum*.

Κωσὰμ,

(d) Latinorum *i* ſic per *υ* expreſſo, vt alibi ſaepius: vnde argumentum petitur pro lectione litterae *υ* per *i*, conf. WETSTENIVS in Orat. de *linguae Graec. pronunciat.* p. 148. ſeq. et ERASM. SCHMIDIVS de eadem materia p. 12. 13.

(e) Id tamen poſt EVSTATHIVM teſtatur TZETZES in LYCOPHRON. p. 94. et ſic quoque vſurpauit APOLLONIVS *Rhod.* III. 375.

Digitized by Google

Κωσὰμ, i. e. קִוֹשָׁם *aucupium largiſſimum, praeda aucupio* quaſi *capta maxima*, coll. Hebr. קִישׁ et קִשְׁיָרוּ in *Onom. V. T.* p. 77. et 544. vel ex Hebr. כּוּשָׁם h. e. *terror ſummus*, coll. כּוּשׁ et כּוּשִׁי ibid. p. 56. Nomen eſt viri, Luc. 3, 28.

Λ.

Λαβὰν, Hebr. לָבָן *albus:* (*Onom. V. T.* p. 100.) filius Bethuelis, Iudith. 8, 26.

Λάζαρος, contractum ex Ἐλεάζαρος, quod vid. ſupra. Fruſtra id negat FVLLERVS in *Miſcell. S.* L. I. c. 10. Λάζαρος componens ex Syr. לָא עָזַר (cui) *non eſt auxilians.* Certe enim in Talmude Hieroſol. pro אלעזר ſemper ſcribi לעזר, teſtatur Auctor *Iuchaſin* apud LIGTFOOTVM in *Horis Hebr.* ad Luc. 16, 20. conf. BYNAEVS de *morte I. C.* L. I. p. 180. ſeq. HILLERO eſt ex Hebr. לְזָרָא (qui eſt) *in faſtidium.* Fuit nomen 1) fratris Marthae et Mariae, à Chriſto ex mortuis reſuſcitati, Ioh. 11, 1. 2. 5. c. 12, 1. etc. 2) viri pauperis, in parabola memorati, Luc. 16, 20. 23. 24. 25.

Λακεδαιμόνιος, *Lacedaemonius*, 2 Macc. 5, 9. *Gentile* à Λακεδαίμων, vrbis nomine, quod STEPH. MORINVS in Diſſert. de *cognatione Lacedaemonum et Hebraeorum* deriuat ab Hebr. לְקֶדֶם *ad orientem*, quod ſita eſſet in angulo Peloponneſi *orientaliore*; potius q. d. vrbs לַקַּדְמוֹנִי *orientalis* ſiue *orientalium*, i. e. *ab orientalibus condita.* Certe ipſi Spartani ſeſe *Iudaeorum cognatos* adeoque *ex oriente oriundos* eſſe iactabant, 1 Macc. 12, 21. qua de re pluribus MORINVS l. c. BOCHARTVS in *Canaan* L. I. c. 22. SCHARBAV in *Parergis Theol. Philolog.* P. I. p. 42. ſeq. P. E. IABLONSKI in *Symbolis Bremenſ.* T. I. P. III. et Celeb. I. F. WERNSDORFFIVS in Diſſert. de *cognatione Spartanorum et Iudaeorum.* CLAVDIVS IOLAVS apud STEPHANVM *de Vrb. Spartam* appellatam eſſe tradit à Iudaeo *Spartone*, et PAVSANIAS in *Laconicis* refert, Spartae fuiſſe Comitium, dictum *Varium*, in quo inter heroica ornamenta Cadmi, (qui et ipſe ſic dictus creditur quaſi קַדְמִי ſiue קַדְמוֹנִי *orientalis*,) et ſociorum, vtpote gentis aucto-

auctorum, aſſeruabantur. Socii illi vocabantur Σπαρτοὶ, *Sparti*, à quibus *Spartam* conditam et denominatam fuiſſe, teſtatur TIMAGORAS apud eundem STEPHANVM.

Λάμεχ, Hebr. לֶמֶךְ *validus, robuſtus:* (*Onom. V. T.* p. 171.) filius Methuſalae, Luc. 3, 36.

Λαοδίκεια, *Laodicea*, metropolis Phrygiae Pacatianae, Coloſſis vicina, Col. 2, 1. c. 4, 13. 15. 16. Apoc. 1, 11. ſic dicta à *Laodice*, vxore Antiochi II. cognomine Θεȣ͂, qui eam inſtaurauit, conf. Celeb. FERD. SIOSCHII Diſſert. de *Nominibus VII. vrbium Aſiae* p. 169. ſeq.

Inde eſt *Gentile*

Λαοδικεὺς, (f) *Laodicenſis*, Col. 4, 16. Apoc. 3, 14.

Λασαία, vrbs Cretae, Act. 27, 8. vbi tamen quidam codices habent Λασία vel Λασέα, alii demum aliter. HILLERVS Λασαία deducit à λᾶς, *lapis*, et per *lapidoſam* exponit, ſed inuita analogia. Quibusdam eadem eſt cum *Laſos*, cuius Plinius mentionem facit. Parum autem differt, ſiue Λασαία legatur ſiue Λασία: nam Denominatiua in αιος et ιος aliquando promiſcue vſurpantur, e. g. ἄρκτιος et ἀρκταῖος, κρύφιος et κρυφαῖος, λάθριος et λαθραῖος, λόχμιος et λοχμαῖος, στάδιος et σταδαῖος etc. Habuit autem vrbs illa Λασαία ſiue Λασία nomen vel à vicino monte *Laſio*, EPIPHANIO memorato, vel quod fuerit *herbis et arbuſtis hirſuta*. (g)

Λασθένης,

(f) Nomina Denominatiua Subſtantiua in εὺς quodammodo conueniunt cum Adiectiuis Deriuatiuis in ειος, et *Relationem* quamcunque ad Primitiua ſua ſiue *Denominationem* exprimunt: idque ratione vel *Occupationis*, vel *Loci*, *Originis* et *Generis*. Prioris generis *Relatio* et *Denominatio* obtinet in Nominibus *Actoris* ſiue, vt CATTIERVS in *Gazophyl. Graec.* p. 18. ea vocat, *Operantis*, quae ſaepius hac Forma venire ſolent: cuius rei exempla ſunt ἁλιεὺς *piſcator*, βυρσεὺς *coriarius*, γναφεὺς *fullo*, γονεὺς *genitor*, γραμματεὺς *ſcriba*, ἱερεὺς *ſacerdos*, ἱππεὺς *eques*, κεραμεὺς *figulus*, φαρμακεὺς *veneficus*, φονεὺς *homicida*, χαλκεὺς *faber aerarius*, it. *aurifex* etc. Poſterioris generis *Relatio* et *Denominatio* obtinet in Nominibus Propriis *Gentilibus:* qualia ſunt Ἀλεξανδρεὺς, q. d. Ἀλεξανδρεῖος, *vir Alexandria oriundus;* ſic Ἀντιοχεὺς, Θεσσαλονικεὺς, Ταρσεὺς etc.

(g) Vſurpatur ſcil. Adiectiuum λάσιος de *terra* et *loco herbido*, *arboribusque et fruticibus hirſuto:* vnde et Nomen Περιεκτικὸν λασιὼν, pl. λασιῶνες, *loca*

N

arbuſtis

Λασθένης, (retracto Accentu pro Λασθενὴς,) *valde robuſtus*, ex λα *intendendi*, et σθένος *robur:* nomen viri, 1 Macc. 11, 31. 32.

Λεββαῖος, vid. ſtatim Λευΐς.

Λεγεὼν, Lat. *Legio*, quae apud Romanos conſtabat peditibus 6000. et equitibus 700. Sed Marc. 5, 9, 15. Luc. 8, 30. nomen eſt daemonum, qui Gadarenum quendam obſidebant, ob *maximum* illorum *numerum.*

Λευΐ, Hebr. לֵוִי *adhaeſio mea*, *adiunctio mei:* (*Onom. V. T.* p. 254.) fuit 1) filius Iacobi patriarchae, Tob. 1, 7. Sir. 45, 6. Hebr. 7, 5. 9. Apoc. 7, 7. 2) filius Melchi, Luc. 3, 24. 3) filius Simeonis cuiusdam, Luc. 3, 29.

A *Leui*, filio Iacobi, eſt *Gentile*

Λευΐτης, *Leuita*, Eſr. 1, 3. c. 2, 8. Luc. 10, 32. Ioh. 1, 19. Act. 4, 36. et hinc Adiectiuum *Poſſeſſiuum*

Λευϊτικὸς, *Leuiticus*, Hebr. 7, 11.

Cum terminatione Graeca ex Λευΐ fit

Λευΐς, nomen publicani ad apoſtolatum vocati, Marc. 2, 14. Luc. 5, 27. 29. qui idem putatur eſſe cum *Matthaeo*, coll. Matth. 9, 9. *Leuin* tamen et *Matthaeum* fuiſſe diuerſos, poſt GROTIVM pluribus contendunt THEOD. HASAEVS in *Bibliothec. Bremenſ.* Claſſ. V. p. 475. ſeq. IOH. FR. FRISCHIVS in Diſſert. de *Leui cum Matthaeo non confundendo*, et Ven. I. W. KRAFT in *Obſeruat. S.* Faſc. V. (h) quibus poſt alios Λευΐς et Λεββαῖος Matth. 10, 3. vna eademque perſona eſt, permutatis ſic litteris β et υ, vt alibi ſaepiſſime, Λεββαῖος autem idem cum *Iuda* vel *Thaddaeo*, cui id nominis vulgo adhaeſiſſe volunt a *Lebba*, vrbe Galilaeae maritima, de qua PLINIVS L. V. c. 19. Verum apud PLINIVM non legitur *Lebba*, ſed *Iebba*, et Λεββαῖος Matth. 10, 3. non vt *Cognomen*, à patria deſumtum, ſed vt ipſum *Nomen Propr.* ponitur. Diuer-

---

arbuſtis hirta, vt recte legitur apud NICANDRVM in *Theriac.* v. 28. et 489. pro quo vitioſe apud HESYCHIVM exſtat λασίων.

(h) Sententiam illam refutare conatus eſt IOH. OTHO BANGIVS in *Introduct. in Explicat. Epiſt. Iudae.*

Diuerſitas tamen terminationis vtriusque Nominis, quae HASAEI, FRISCHII et KRAFTII ſententiae aduerſari videtur, facile conciliatur, ſi modo obſeruetur, Chaldaeos Hebraeorum terminationem in *i* vertere in *aj*, dicentes e. g. חֲמִשַׁי pro Hebr. חֲמִשִׁי, נָכְרַי pro נָכְרִי etc. Λευΐς itaque formatum eſſe poteſt ex Hebr. לֵוִי, Λεββαῖος autem ex Chald. לֵוַי, geminato tamen β, qualis geminatio litterarum nec in aliis Nominibus *Propr.* rara eſt, coll. Sect. I. §. 6. HESYCHIVS certe Λεβαῖος habet, cum ſimplici β. Sed Λευΐς, quod Eſr. 9, 14. vt *Nomen Propr.* occurrit, falſum eſt, ex Hebr. לֵוִי, *Leuita*, effictum, coll. Eſr. Canon. c. 10, 15.

Λεύκιος, Lat. *Lucius*, à *luce*, (i) h. e. *natus ſub lucem:* nomen Conſulis Romani, 1 Macc. 15, 16. per quem GROTIVS *Lucium Furium Philum* intelligit.

Λίβανος, Hebr. לְבָנוֹן *valde albus:* (*Onom. V. T.* p. 339.) maximus Phoenices mons, ab *albedine niuium* ſic dictus, Iudith. 1, 7. Sir. 24, 13. c. 50, 8. Eſr. 4, 48. c. 5, 55.

Λιβερτῖνοι, *Libertini*, qui Hieroſolymis peculiarem ſynagogam habebant, Act. 6, 9. Miſſis aliorum ſententiis de *Libertinis* illis, quas recenſet I. C. WOLFFIVS in *Curis Crit.* ad l. c. maxime ſe mihi probat ſententia Celeb. DAN. GERDESII in *Miſcellan. Groning.* T. I. p. 528. ſeq. nomen illorum mere eſſe *Gentile*, à loco quodam Africae, alias quidem ignoto: 1) quia Act. 6. cum aliis Nominibus *Gentilibus* coniungitur, 2) quia SVIDAS in *Λιβερτῖνος* diſerte illud *Nomen gentis* vocat, 3) quia in Actis Collationis Carthaginenſis, an. 411. cum Donatiſtis habitae, Victor *Epiſcopus Eccleſiae Catholicae Libertinenſis*, et in Actis Concilii Lateranenſis, an. 649. celebrati, Ianuarius *Epiſcopus S. Eccleſiae Libertinenſis* nominatur. Conf. CASP. DOERINGII et IOH. RVD.

N 2 CADE-

(i) Graece ſic ſcribitur, vt magis referat originem voc. *lux* et *luceo* à Graeco λευκὸς *albus*; niſi potius vtrumque, vt et Graec. λύκη, *lux*, ſit à לוּהַק Arab. *albus fuit*, *canduit*, Syr. *arſit*.

CADEMANNI Diſſert. de *Schola Libertinorum*, MART. BRAEMII Diſſert. 1-3. de *Libertinis*, ZORNII *Bibliotb. Antiquar.* T. I. p. 160. ſeq. et I. B. OTTII *Spicileg. ad N. T. ex Ioſepbo* ad Act. 6, 9.

Λιβύη, *Libya*, Africae regio, Act. 2, 10. ab Hebr. לוב *ſitis, aeſtus:* vnde OPPIANVS *Cyneget.* IV. 320. eam διψάδα γαῖαν Λιβύης vocat, διψηρήν τε καὶ αὐχμήεσσαν DIONYSIVS *Perieg.* v. 182. *ſitientem* LVCANVS I. 368. etc.

Λῖνος, contractum ex Λιΐνος, i. e. *leoni ſimilis*, *fortitudine leonem referens*, (k) à λῖς *leo:* nomen viri, 2 Tim. 4, 21. Conf. Hebr. לַיִשׁ in *Onom. V. T.* p. 402.

Λοὺδ, Hebr. לוּד *progenies*, vid. l. c. p. 44. vel potius contractum eſt ex לְהוּד *ad decus*, ſcil. parentum, coll. אֲבִיהוּד. Fuit filius Semi, metonymice eius poſteri, *Lydi*, Iudith. 2, 23.

Gentile eſt Λύδιος, vnde Foemininum

Λυδία, 1) *Lydia*, regio Aſiae Minoris, 1 Macc. 8, 8. 2) *Lydia*, mulier, quae purpuram vendebat, Act. 16, 14. 40. ſic vocata, quod vel ipſa vel eius parentes è *Lydia* oriundi erant, coll. Sect. I. §. 15. Non inſuetum fuit nomen *Lydia* apud Veteres: *Lydiam* quandam memorant HORATIVS et MARTIALIS. Sunt, qui non *Proprium*, ſed nude *Gentile* eſſe volunt: qua de re vid. pluribus diſputata in *Bibliotb. Brem.* Claſſ. II. p. 411. ſeq. Claſſ. III. p. 275. ſeq. Claſſ. V. p. 670. ſeq. Claſſ. VI. p. 1041. ſeq. et in *Symbolis Bremenſ.* T. II. P. II. p. 124. ſeq.

Λούκιος, Lat. *Lucius*, (conf. antea Λεύκιος,) nomen 1) cognati Pauli, Rom. 16, 21. 2) prophetae Cyrene oriundi, Act. 13, 1. Conf. *Hiſtor. Crit. Reipubl. Litterar.* T. V. p. 250. ſeq.

Ex

(k) Adiectiua enim Denominatiua in ῖνος, cum quibus et confunduntur quaedam in ινος, male ſic à Grammaticis accentuata, *Similitudinem* quandam exprimunt, ſaepe autem ſubſtantiue accipiuntur: vt ἀγρωστῖναι Νύμφαι, *Nymphae venatorum inſtar in ſyluis et montibus verſantes*, (ab ἀγρώστης *venator*,) μυξῖνος piſcis quidam lubricitate ſua *mucum referens*, (à μύξα *mucus*,) πελεκῖνος auis quaedam roſtrum *ſimile ſecuri acutae* habens, τυφλῖνος *caecilia*, *coeco ſimilis*, ἀθερίνη piſcis quidam *ariſtam bordei* pinnis ſpiniſque ſuis *referens*, (ab ἀθὴρ *ariſta bordei*,) ἐλατίνη herbae ſpecies *abietis ramis ſimilis*, etc. Aliter ſe habent *Gentilia* in ῖνος: vt Ἀλεξανδρῖνος, Ἐφεσῖνος etc. quae potius à Latinis mutuata ſunt.

Ex Λούκιος vel, vt alii volunt, ex Λουκᾶνος, Lat. *Lucanus*, decurtatum eſt

Λουκᾶς, Euangeliſta, profeſſione Medicus, Col. 4, 14. 2 Tim. 4, 11. Philem. v. 24. Certe in quibusdam codicibus mſcr. eius Euangelium inſcribi *ſecundum Lucanum*, teſtis eſt MABILLONIVS in *Muſeo Ital.* T. I. p. 111. Sunt, qui *Lucam* eundem eſſe volunt cum *Lucio*, Pauli cognato, conf. B. G. CLAVSWITZII Diſſert. de *Luca Medico* p. 5. ſeq. et IOH. ABR. KOEHLERI Diſſert. de *Luca Euangeliſta.*

Λύδδα, nomen vrbis, 1 Macc. 11, 34. Act. 9, 32. 35. 38. Hebr. לר, contract. ex לְהוֹד *ad decus*, ſcil. regionis, conf. *Onom. V. T.* p. 93. de quo nomine aliter ſenſeram ibid. p. 89. De ipſa vrbe illa vid. LIGTFOOTI *Centur. Chorograph. Matthaeo praemiſſ.* c. 16.

Λυδία, vid. paulo ſuperius ſub Λούδ.

Λυκαονία, Aſiae Minoris regio, Act. 14, 6. HILLERVS deducit ex nomine *Icomii*, quod vid. ſupra, q. d. regio לְחֵיק עָאנָא *Iconii* h. e. *ſinûs ouium.*

Λυκία, *Lycia*, regio Aſiae Minoris, 1 Macc. 15, 23. Act. 27, 5. ſic dicta à Phoenic. לְהָקָא *inflammatio, ardor*, à rad. Syr. להק *arſit.* Plurimis enim locis *igniuomis* abundauit, quae ſingula ab *igne* et *incendio* nomen acceperunt, prout exemplis oſtendit HILLERVS in *Syntagm. Hermeneut.* p. 181. (l)

N 3 Λυσανίας,

(l) Quibus plura alia addi poſſunt: vt *Chimaera*, mons Lyciae *igniuomus*, à כמר *flagrauit*, *Habeſſus*, ex הֲב אֵשׁ *abſconſio ignis*, i. e. *iguis ſubterraneus*, à הבא vel חבה, vel *incendium ignis*, à חבב Syr. *accenſus, incenſus fuit*, Arab. חבא, vnde et *Hephaeſtium*, h. e. חַב אֶשְׁתָּא, de quo PLINIVS L. V. c. 27. *Hephaeſtium ciuitas et ipſa flagrantibus iugis.* Sic *Cabalis* ſiue *Cabalais*, ex חבא לאש, *Telmeſſus*, ex טְלַם אֵשׁ, à טלם Chald. *ſuppreſſit*, Arab. *obſcure luxit* flamma. SENECA Epiſt. 79. de *Lyciae Laeta regio eſt et herbida, nil flammis vrentibus, ſed tantum vi remiſſa ac languida refulgentibus.* Sic *Carmyleſſus*, ex כַּרְמֶל אֵשׁ *campus ignis*, *Tlo* ſiue *Tlos*, à צְלָא *toſtio, vſtulatio, aduſtio*, à צלה, *Symbra*, h. e. צִמְרָא *ardor*, à צמר Chald. *arſit*, interpoſito *b*, vt alibi, *Comba*, i. e. כָּבָא Chald. *aduſtio*, Dages Forti in *n* reſoluto et ob ſeq. *b* in *m* mutato, *Gaga*, h. e. עָגָה *coctio*,

Λυσανίας, *ſoluens* i. e. *ſedans triſtitiam*, ex λύω et ἀνία: (m) Tetrarcha Abilenes, Luc. 3, 1.

Λυσίας, h. e. *qui habet vim ſoluendi et liberandi*, ab Adiectiuo λύσιος *ſoluendi et liberandi vim habens*, *aptus ad ſoluendum et liberandum.* (n) Fuit 1) princeps, dux exercitus Syrorum, 1 Macc. 3, 38. c. 4, 28. 2 Macc. 10. 11. c. 11, 1. etc. 2) alius, tribunus militum Romanorum, Act. 23, 26. c. 24, 7. 22.

Λυσίμαχος, *ſoluens* i. e. *dirimens* ſiue *ſedans pugnas* vel *lites:* (o) Iudaeus, qui pontificatum affectabat, 2 Macc. 4, 29. 39. 40. 41.

Λύςρα, (genit. ας et ων,) vrbs Lycaoniae, Act. 14, 6. 8. 21. c. 16, 1. 2. 2 Tim. 3, 11. HILLERO ex לְעַשְׁתְּרָה *gregis ouium*, ſcil. locus. Vid. ſupra Ἰκόνιον.

Λωΐς, *melior*, *praeſtantior*, vt PASOR, HILLERVS aliique explicant, coll. λωΐτερος, λωΐων *melior*, *praeſtantior*, et λώϊςος *optimus.* Sed potius eſt foemin. à maſc. inuſit. λωὸς *bonus*, *praeſtans*, adeoque *Poſitiuus*, non *Comparatiuus.* Fuit auia Timothei, 2 Tim. 1, 5.

Λώτ,

---

coctio, *toſtio*, ab ערג, *Arycanda*, ex חֲרִי כַּבְדָּא *aeſtus inflammationis:* כַּבְּדֵי Talmudicis ſunt *inflammationes; Choma*, Hebr. חוּמָה *aduſta, nigra ab ardore, Bubon*, à חֲבוּבוֹן *incendium magnum, Apyre*, ex חַב בְּעֵרָה *abſconſio* ſiue *ardor incendii*, *Cragus* et *Corycus*, à חָרַךְ, Arab. חרק, *aduſtus eſt*, *Candyba*, ex כֶּבֶד חֲבָה *inflammatio incendii*, *Niſa*, à נִיצָה vel נִצָּה *ſcintillatio*, *incendium*, à נצץ *ſcintillauit*, Samar. *incenſus fuit*, etc. Vid. infra Μύρα et Φασηλίς.

(m) Sic ARISTOPHANES in *Nub.* v. 1162. λυσανίας πατρῴων μεγάλων κακῶν, *ſolutor moeroris*, *quem pater ex magnis malis percipit*, vbi Scholiaſtes: λύων τὰς τοῦ πατρὸς ἀνίας. Sic HESYCHIVS: λυσανίας ὁ λύων τὰς ἀνίας.

(n) Vid. de huiusmodi Denominatiuis in ιας dicta ſupra ad Ἀνίας. Adiectiua autem in ιος, quae *Poſſibilitatem*, *Aptitudinem* et *Procliuitatem* exprimunt, (conf. *Etymolog. M.* in λεχώιος,) nec non *Dignitatem* et q. d. *Debitionem*, ſic conueniunt cum illis in ιμος, de quibus vid. ſupra in Ἄλκιμος: adeoque ex illis nata videntur, extrita littera μ. Sic certe eiusdem ſignificationis ſunt ἀλέξιος et ἀλέξιμος, ἀροτήσιος et ἀροτήσιμος, λόγιος et λόγιμος, ἕλιος et ἕλιμος, ὄψιος et ὄψιμος, πλόκιος et πλόκιμος, πρόϊος, πρώϊος, πρῷος et πρόϊμος atque πρώϊμος, φύξιος et φύξιμος, ὥριος et ὥριμος etc. Vid. et ſupra in Γαΐος.

(o) Sic dicitur λύειν ἔριν *dirimere litem*, λυσιμέριμνος eſt *ſoluens* ſiue *ſedans curas*, λυσίκακος *malorum ſedator.*

Λώτ, Hebr. לוֹט *tectio*, *protectio*, ſcil. parentum: (*Onom. V. T.* p. 234.) filius Haranis, Sir. 16, 8. Luc. 17, 28. 29. 32. 2 Petr. 2, 7.

M.

Μαάθ, Hebr. מַחַת *abreptio*, *ablatio*, ſcil. fratris gemelli, vel matris partum enixae: (*Onom. V. T.* p. 293.) nomen viri, Luc. 3, 26.

Μαασαίας, Hebr. מַעֲשֵׂי *opus Domini:* (*Onom. V. T.* p. 558.) filius Zedekiae cuiusdam, Baruch. 1, 1.

Μαγδαλά, i. e. *turris*, *caſtellum*, vt Syr. ܡܓܕܠܐ et Hebr. מִגְדָּל, conf. *Onom. V. T.* p. 281. Fuit oppidum, Tiberiadi et Gadarae vicinum, Matth. 15, 39. *Φρέριον*, *caſtellum*, vocat IOSEPHVS in *Vita* ſua, vid. LIGTFOOTI *Centur. Chorograph. Matthaeo praemiſſ.* c. 76.

Inde eſt *Gentile* Μαγδαληνός, in foemin.

Μαγδαληνή, *Magdalena*, cognomentum Mariae, ex qua Chriſtus 7 daemonia eiecit, Matth. 27, 56. 61. c. 28, 1. Marc. 15, 40. Luc. 8, 2. etc. Abſurde itaque hoc *Cognomen* pro *Nomine Proprio* hodieque foeminis imponi, recte monent IOBVS LVDOLFVS in *Lex. Aethiop.* col. 99. et HILLERVS in *Onom. S.* p. 873.

Μαγεδδώ, Hebr. מְגִדּוֹ i. e. *locus turmae magnae:* (*Onom. V. T.* p. 354.) vrbs Manaſſitarum, Eſr. 1, 29.

Μαγώγ, Hebr. מָגוֹג *extenſio*, *augmentatio:* (*Onom. V. T.* p. 296.) filius Iapheti, metonymice eius poſteri, Apoc. 20, 8.

Μαδιάμ, ſic à LXX. et ſemel Act. 7, 29. exprimitur Hebr. מִדְיָן h. e. *extenſio* (familiae) *magna:* (*Onom. V. T.* p. 328.) pro quo regularius occurrit

Μαδιάν, Iudith. 2, 26. Fuit filius Abrahami ex Ketura, metonymice eius poſteri horumque regio, in Arabia ſita, vbi vrbs *Modiana*, PTOLEMAEO memorata, *Madienam* vocat IOSEPHVS *Antiquit. Iudaic.* L. II. c. 5.

Μαθουσάλα, Hebr. מְתוּשֶׁלַח *extenſio extenſionis*, h. e. *extenſio* familiae *ampliſſima:* (*Onom. V. T.* p. 442.) filius Henochi, Luc. 3, 37.

Μαϊνάν,

Μαϊνὰν, i. e. מַיְנָן *moleſtia magna*, à rad. Syr. מאן, Arab. מחן, *moleſtia affecit*, (p) cum Nun *Augmentatiuo:* vnus ex maioribus Chriſti, Luc. 3, 31. Ad nominis rationem conf. ſimilia Nomina *Propr.* לַהַד, עַמַּל etc.

Μαισαλὼθ, q. d. מַשְׁאָרוֹת: nomen vrbis in tribu Aſer, 1 Macc. 9, 2. quae alias מִשְׁאָל et מָשָׁל (pro מַשְׁאָל) *petitio*, *petitum*, vid. *Onom. V. T.* p. 290.

Μακαλὼν, Eſr. 5, 21. nomen corruptum ex מִכְמָס, coll. Eſr. Canon. c. 2, 27.

Μακὲδ, 1 Macc. 5, 26. 36. vbi Vulgatus habet *Mageth:* pars Syriae ſub Hermone, Hebr. מַעֲכָה Ioſ. 13, 13. alias מַעֲכָה, à *Maacha*, filio Nahoris, vid. *Onom. V. T.* p. 148.

Μακεδὼν, *Macedo*, 1 Macc. 1, 1. c. 6, 2. Act. 16, 9. c. 19, 29. 2 Cor. 9, 2. etc. vnde denominata eſt

Μακεδονία, *Macedonia* regio, Act. 16, 9. 10. 12. c. 18, 5. Rom. 15, 26. 1 Cor. 16, 5. etiam *Macetia* ſiue *Macettia* dicta, ſicut *Macedones Macetae:* quare non improbabilis eſt illorum ſententia, qui *Macedonum* nomen deducunt ab Hebr. *Gentili* כִּתִּי, pl. כִּתִּיִּים, coll. 1 Macc. 1, 1. vbi Alexander M. dicitur *egreſſus eſſe ex terra* Χεττιεὶμ, h. e. כִּתִּיִּים, et c. 8, 5. vbi Perſeus, rex Macedoniae, vocatur *Rex* Κιτιέων, *Chittaeorum* ſiue *Kittaeorum.* Syllabam vero Μα Phryges (et forſitan etiam aliae gentes vicinae,) vocibus praemittere ſolebant, dicentes e. g. Μαζεὺς pro Ζεὺς, vti obſeruat VOSSIVS de *Idololatr.* L. II. c. 33. Aliis Μα illud idem eſt cum Μᾶ, *mater*, de quo vid. ſupra in Ἄρτεμις: vt *Macedonia* ſiue *Macetia* dicta ſit quaſi *Mater Chittaeorum;* niſi potius ex Oriente deducendum ſit, vbi מ initiale *Heemanticum* Nomina *Locorum* format, (vid. *Arcan. Form. Hebr.* p. 446. ſeq.) q. d. *locus Chittaeorum.*

Μακκαβαῖος, cognomen Iudae, filii Mattathiae, 1 Macc. 2, 4. 66. c. 3, 1. 2 Macc. 2, 19. c. 5, 27. etc. Miſſis aliorum huius nominis deriua-

(p) Mutata media radicali א in *Iod*, ſicut in aliis, quibus media א eſt, e. g. in שָׁאַל, שאר etc. quod etiam in Deriuatis *Appellatiuis* à dicta rad. מאן fieri ſolet.

deriuationibus, (q) omnium ſimpliciſſime deduci poſſe putauerim ex מְחַבַּי *amans Dominum*, ex Particip. Chald. Aphel מְחַבֵּב, Formae מְחַבַּק, (à rad. חבב *dilexit,*) cum terminatione *aj*, parte Nominis diuini, in Nominibus *Propr.* frequenter addi ſolita, de qua vid. *Onom. V. T.* p. 550. ſeq. Hebr. ח Graeci ſaepe per κ exprimunt, vid. HILLERI *Onom. S.* p. 695.

Μάκρων, i. e. *longus:* (r) cognomen Ptolemaei cuiusdam, 2 Macc. 10, 12.

Μαλαλεὴλ, Hebr. מַהֲלַלְאֵל *laus Dei:* (*Onom. V. T.* p. 503.) filius Kenanis, Luc. 3, 37.

Μαλλώτης, (s) *Mallota*, *Gentile* à *Mallos*, Ciliciae vrbe, 2 Macc. 4, 30.

Μάλχος, ab Hebr. מֶלֶךְ, Chald. et Syr. מַלְכָּא *rex*, cum terminatione Graeca: nomen ſerui Pontificis Maximi, Ioh. 18, 10. Vid. מֶלֶךְ in *Onom. V. T.* p. 172.

Μαναὴν, nomen doctoris eccleſiae Antiochenae, Act. 13, 1. ſic LXX. exprimunt Hebr. מְנַחֵם *conſolans, conſolator*, ſcil. parentum, vid. *Onom. V. T.* p. 425.

Μανασσῆς, Hebr. מְנַשֶּׁה *obliuiſci facit*, ſcil. Deus priorum malorum, cum terminatione Graeca, vid. ibid. Fuit 1) filius Ioſephi patriarchae, Apoc. 7, 6. 2) filius Hiskiae, rex Iudae, Matth.

(q) Recenſent illas FVLLERVS in *Miſcell. S.* L. II. c. 13. HEIDEGGER in *Enchirid. Bibl.* L. II. c. 17. HOTTINGER in *Theſauro Philol.* p. 528. ſeq. LVNDIVS in den Jüdiſchen Heiligthümern L. III. c. 24. CONR. IKENIVS in *Symbolis Brem.* T. I. P. I. Ven. E. L. RATHLEFIVS in Diſſert. de *Maccabaeis*, aliique apud WOLFFIVM in *Biblioth. Hebr.* Vol. II. p. 202.

(r) Quidam apud Scholiaſten APOLLONII *Rhod.* I. 1025. exponunt per *habentem caput longum.* Sunt enim Deriuata illa in ων, (genit. ωνος,) *Augmentatiua* ſiue *Amplificatiua*, (orta ab Hebr. *Augmentatiuis* in וֹן et וֹם,) quae primum ſe obſeruaſſe gloriatur CANINIVS in *Helleniſmo* p. 233. Latini inde fecerunt *Amplificatiua* ſua in *o*: vt *capito*, *labeo*, *naſo*, etc. Vtraque ſubinde *vitium* ſiue *dedecus* quoddam exprimunt.

(s) Terminatio illa *Gentilitia* in ώτης aequiualet alteri frequentiori in ίτης, obtinetque maxime à Primitiuis in ως, rarius ος, it. à Primitiuis in ιος, ια et ιον, (ne duo *Iota* concurrant,) et quorum Genitiuus deſinit in ος et ως.

Matth. 1, 10. 3) maritus Iudithae, Iudith. 8, 2. c. 10, 3. 4) duo alii, Tob. 14, 10. Eſr. 9, 33.

Μάνλιος, Lat. *Manlius*, contract. ex *Manilius*, quod eſt Deriuatiuum à Graeco *Deminutiuo* ſiue ὑποκοριστικῷ *μανίλος* (t) *tenellus*, *molliculus*, à *μανὸς mollis*, *tener*. Vid. infra Τίτος.

Μαρδοχαῖος, Hebr. מָרְדְּכַי *ductus Domini*, i. e. *qui ducitur à Domino:* (*Onom. V. T.* p. 558.) nomen viri, Eſr. 5, 8.

Inde eſt Adiectiuum *Poſſeſſ.* Μαρδοχαϊκὸς, in foemin.

Μαρδοχαϊκὴ ἡμέρα, *Mardochaica dies:* quomodo vocatur feſtum *Purim*, à *Mardochaeo* et Eſthera inſtitutum, 2 Macc. 15, 36.

Μάρθα, idem eſſe putatur cum Chald. et Syr. מָרְתָא *domina*, conf. BYNAEVS de *morte I. C.* P. I. p. 202. Fuit *Martha* ſoror Lazari et Mariae, Luc. 10, 38. Ioh. 11, 1. c. 12, 2. etc.

Μαριὰμ, Hebr. מִרְיָם *amaritudo* i. e. *moeror ſummus:* (*Onom. V. T.* p. 360.) nomen 1) matris Ieſu Chriſti, Matth. 1, 20. Luc. 1, 27. 30. 34. etc. quae alias terminatione Graeca Μαρία, omiſſo vltimo μ, Matth. 1, 16. 18. Luc. 1, 41. etc. 2) foeminae Romanae, quam Paulus ſalutat, Rom. 16, 6.

Alias fuit

Μαρία 1) mater Iacobi Minoris et Ioſes, vxor Cleophae, Matth. 27, 56. c. 28, 1. Marc. 15, 40. c. 16, 1. Luc. 24, 10. Ioh. 19, 25. 2) ſoror Lazari et Marthae, Luc. 10, 39. Ioh. 11, 1. 3) mater Iohannis ſiue Marci, Act. 12, 12. 4) alia, cognomine *Magdalena*, h. e. *Magdalâ oriunda*, Matth. 27, 56. c. 28, 1. Marc. 15, 40. c. 16, 1. Luc. 8, 2. c. 24, 10.

Μαριστὰ,

(t) Inter varias Graecorum Formas *Deminutiuas* etiam frequentantur terminationes in ιλος, ιλλος, υλος et υλλος, foemin. -- η, ortae ex Hebr. עול vel עֲוִיל, (Graec. ἰλλός,) *paruulus*, *pullus*, Lat. in *olus*, *vlus*, *ellus* et *illus*. De vario *Deminutiuorum* vſu conſulendi ſunt Grammatici. Sunt, qui exiſtimant, linguam Graecam commode illis carere poſſe, cum nec HOMERVS illis vſpiam vtatur, refutati ab ISAACO VOSSIO de *Poëmatum cantu* p. 46. Vtique apud HOMERVM occurrunt *Deminutiua:* vt λίθαξ *lapillus*, *Odyſſ.* V. 415. πόρταξ *vitulus* vel *vitula*, *Iliad.* XVII. 4. vbi vid. EVSTATHIVS; ſic λάιγξ, θηρίον, οἰκίον, τειχίον etc. Multum certe venuſtatis ſermoni addere *Deminutiua*, bene monet CANINIVS in *Helleniſmo* p. 228.

Μαρισὰ, Hebr. מָרֵשָׁה h. e. *locus principalis:* (*Onom. V. T.* p. 285. et 293.) vrbs tribus Iudae, 2 Macc. 12, 35.

Μάρκος, Lat. *Marcus*, à *marceo;* ſicut *Flaccus* à *flacceo*, *parcus* à *parco* etc. Nomen Euangeliſtae, diſcipuli Petri, 1 Petr. 5, 13. Eſt et cognomen Iohannis, conſobrini Barnabae, Act. 12, 12. 25. c. 15, 37. 39. Col. 4, 10. 2 Tim. 4, 11. Philem. v. 24. Ad nominis rationem conf. Hebr. נֵבֶל in *Onom. V. T.* p. 100.

Μαρμωθὶ, nomen viri. Eſr. 8, 62. corruptum ex Hebr. מְרֵמוֹת, (de quo vid. *Onom. V. T.* p. 297.) coll. Eſr. Canon. c. 8, 33.

Μασσηφὰ, Hebr. מִצְפָּה i. e. *ſpecula:* (*Onom. V. T.* p. 284.) vrbs Beniaminitarum, 1 Macc. 3, 46. Sic quoque exprimitur ab Interpretibus Graecis Ioſ. 13, 26. Pro eo recurrit

Μασφὰ, 1 Macc. 5, 35.

Ματθαῖος, vid. ſtatim poſt Ματθίας.

Ματθὰν, Hebr. מַתָּן *donum*, ſcil. Dei: (*Onom. V. T.* p. 297.) filius Eleaſaris cuiusdam, Matth. 1, 15.

Ματθανίας, Hebr. מַתַּנְיָה *donum Domini:* (*Onom. V. T.* p. 539.) nomen viri, Eſr. 9, 27. 31.

Ματθὰτ, Hebr. מַתַּת, contr. ex מַתְּנַת *donum*, ſcil. Dei: nomen duorum ex maioribus Chriſti, Luc. 3, 24. 29.

Inde cum noua terminatione foemin. eſt

Ματταθὰ, Hebr. מַתַּתָּה *donum:* (*Onom. V. T.* p. 297.) quidam ex maioribus Chriſti, Luc. 3, 31.

Compoſitum eſt

Ματταθίας, Hebr. מַתִּתְיָה vel מַתִּתְיָהוּ *donum Domini:* (*Onom. V. T.* p. 539.) fuit 1) ſacerdos, auctor gentis Maccabaeorum, 1 Macc. 2, 1. c. 14, 29. 2) filius Simonis, illius nepos, 1 Macc. 16, 14. 3) filius Abſalomi cuiusdam, 1 Macc. 11, 70. 4) alius, 2 Macc. 14, 19. 5) filius Amoſi cuiusdam, Luc. 3, 25. 6) filius Semei, Luc. 3, 26. 7) alius, Eſr. 9, 33. 43.

Ex Ματταθίας contractum eſt

Ματθίας, nomen noui Apoſtoli, Act. 1, 23. 26.

Simile contractum eſt

Digitized by Google

Ματθαῖος, ex Hebr. מַתְּתַי *donum Domini:* Apoſtolus et Euangeliſta, Matth. 9, 9. c. 10, 3. Marc. 3, 18. Luc. 6, 15. Act. 1, 13.

Μαχμάς, Hebr. מִכְמָס *locus abſconſionis:* (*Onom. V. T.* p. 283.) vrbs in finibus tribus Beniamin, 1 Macc. 9, 73.

Μελεᾶς, h. e. מִלְּאח *impletio*, ſcil. promiſſi diuini, vel מְלֵאָח *primitiae* Deo offerendae, Exod. 22, 27. Num. 18, 27. coll. Deut. 18, 4. Fuit quidam ex maioribus Chriſti, Luc. 3, 31. Conf. יִמְלָא in *Onom. V. T.* p. 420.

Μελίτη, i. e. מְלִיטָא *refugium*, ſcil. nautarum Phoenicum, καταφυγὴ, vt DIODORVS *Siculus* vocat: inſula maris mediterranei, hodie *Malta*, Act. 28, 1. Conf. BOCHARTI *Canaan* L. I. c. 26. I. H. MAII *Specimen linguae Punicae in hodierna Melitenſium ſuperſtitis* §. 4. ſeq. IOH. WANDALINI Diſſert. de *Melita Pauli*, OL. CELSII Diſſert. de *inſula Melite*, et BVRCHARDI NIEDERSTEDT *Melita vetus et noua.*

Μελχί, Hebr. מַלְכִּי pro מַלְכִּיָּה *rex* (eſt) *Dominus*, vel מַלְכִּיאֵל *rex* (eſt) *Deus:* nomen duorum ex maioribus Chriſti, Luc. 3, 24. 28. Idem Nomen *Propr.* etiam ad Aethiopes tranſiit, vnde apud Poëtam mſcr. in *Encomio Coeleſtium et Terreſtrium* 1. Septembr. 6. memoratur *Abba Mälki.* Similis argumenti eſt Nomen *Propr.* Syr. *Melechjeſu* ſiue *Malechjeſu.* Pleniora ſunt

Μελχίας, *rex* (eſt) *Dominus:* (*Onom. V. T.* p. 538.) nomen trium virorum, Eſr. 9, 26. 32. 44. et

Μελχιὴλ, *rex* (eſt) *Deus:* (*Onom. V. T.* p. 504.) pater Charmi, Iudith. 6, 15.

Μελχισεδὲκ, מַלְכִּי־צֶדֶק *rex iuſtitiae*, i. e. *rex iuſtus:* (*Onom. V. T.* p. 173.) rex Salemi, Hebr. 5, 6. 10. c. 6, 20. c. 7, 1. etc.

Μέμμιος, Lat. *Memmius*, *qui eſt de gente Memmia*, quae nomen habere putatur à *Mneſtheo* Troiano, Aeneae comite: vnde VIRGILIVS *Aeneid.* V. 117.

Mox Italus Mneſtheus, genus à quo nomine Memmi.

Κόϊντος Μέμμιος, *Quintus Memmius*, Romanorum legatus, memoratur 2 Macc. 11, 34.

Μέμφις,

Digitized by Google

Μέμφις, vrbs Aegypti, Iud. 1, 10. Hebr. מֹף *locus cinctus*, ſcil. aqua, vel ex Coptico pro *Menuph* h. e. *plena bonorum*, vid. *Onom. V. T.* p. 284. 598. 599.

Μενέλαος, *qui populum* (in ſe irruentem) *ſuſtinet*, i. e. *fortis, bellicoſus:* (u) frater Simonis, pontificatum affectans, 2 Macc. 4, 23. c. 11, 29. c. 13. 3. etc. Conf. *Onom. V. T.* p. 459. not. (e)

Μενεσθεὺς, *robore indutus*, ex *μένος robur*, et *ἕω induo*, vnde *ἠσθημένος indutus*, *ἐσθὴς veſtis*, etc. (x) pater Apollonii cuiusdam, 2 Macc. 4, 21.

Μεραρὶ, Hebr. מְרָרִי *amaritudo mea*, i. e. *amariſſimus dolor meus*, ſcil. matris: (*Onom. V. T.* p. 106.) pater Iudithae, Iudith. 8, 1. c. 16, 7.

Μεῤῥὰν, i. e. מָרָן *amaritudo magna*, ſcil. aquae: (y) nomen loci, Baruch. 3, 23. Fortaſſis intelligitur *Marane*, vrbs Arabiae Felicis, PLINIO memorata: iungitur enim l. c. cum Theman. GROTIO eſt מְעָרָה, cuius mentio fit Ioſ. 13, 4. vid. *Onom. V. T.* p. 283.

Μεσοποταμία, i. e. *regio inter duo flumina:* quo nomine vocatur Syriae pars Euphratem inter et Tigrim, Hebr. אֲרַם נַהֲרַיִם *Syria duorum fluminum*, Iudith. 2, 24. c. 5, 7. Act. 2, 9. c. 7, 2.

Μεσσίας, Hebr. מָשִׁיחַ *vnctus*, Graec. Χριστὸς, cognomen Seruatoris noſtri, Ioh. 1, 42. c. 4, 25.

 Μηδαβὰ,

(u) Sicut in *Appellatiuis* *μένανδρος qui virum* ſiue *viros* (in ſe irruentes) *ſuſtinet*, *μενεπτόλεμος belli patiens*, etc. ex *μένω*, quod in bello de eo dicitur, qui in loco ſuo *manens*, hoſtem irruentem *ſuſtinet:* vt apud HOMERVM *Iliad.* III. 52. de *Menelao* rege Spartae: Ὀυκ ἂν δὴ μείνειας ἀρηΐφιλον Μενέλαον, vbi ſimul ad nomen *Menelai* alluditur.

(x) Sicut in Simplicibus *Appellatiuis* dicitur *δύσεσθαι ἀλκὴν indui robur*, *ἑιμένος* vel *ἐπιειμένος* et *καταειμένος ἀλκὴν indutus robur*, apud HOMERVM. Simili ratione Hebraei dicunt חגר עז *accingere robur*, et לבש עז *induere robur*, et ſimpliciter לבש pro *roborare* ſiue *animare*, Iud. 6, 34. 1 Chron. 12, 18. 2 Chron. 24, 20.

(y) Ab eadem aquae *amaritudine* nomen quoque accepit *Mara:* quae amaritudo procul dubio tribuenda eſt copiae nitri in illa regione, conf. G. C. SCHELHAMMERVS de *Nitro* c. 2. §. 13. vnde et multa ibi loca cretae inſtar albent, teſte THEVENOTO in *Itinerar.* L. I. c. 25. quod nitro tribuit MONCONYSIVS in *Itinerar.* p. 257.

Digitized by Google

Μηδαβὰ, Hebr. מֵידְבָא *aqua quietis* i.e. *leniter fluens:* (*Onom. V.T.* p.471.) vrbs Moabitarum, 1 Macc. 9, 36.

Μῆδος, *Medus*, Hebr. מָדִי, Iudith. 1, 1. 1 Macc. 1, 1. Act. 2, 9. Inde eſt *Poſſeſſiuum* Μήδιος, in foem.

Μηδία, *Media* regio, Tob. 1, 14. 15. Eſr. 3, 1. c. 6, 23. etc. quae etiam vocatur

Μήδεια, 1 Macc. 6, 56. c. 8, 8. Eſr. 3, 14. etc. tanquam à maſc. Μήδειος.

Μιθραδάτης, vel, vt alii codices rectius habent, Μιθριδάτης, Hebr. מִתְרְדָת (quem) *Mithra dedit:* (*Onom. V. T.* p.590.) nomen 1) praefecti aerario Cyri, Eſr. 2, 11. 2) praetoris Artaxerxis, Eſr. 2, 16.

Μίλητος, i. e. מְלֵבָא *refugium:* vrbs Ioniae antiquiſſima, Act. 20, 15. 17. 2 Tim. 4, 20. HILLERVS deriuat à מילת Chald. et Talmud. *lana puriſſima;* ſed hoc potius ex *Mileti* nomine deſumtum eſſe, oſtendit BOCHARTVS in *Phaleg* L. I. c. 6.

Μισαὴλ, Hebr. מִישָׁאֵל *quis* (eſt) *quod Deus* (eſt)? fuit 1) ſocius Danielis, 1 Macc. 2, 59. Cant. 3 puer. v. 65. 2) alius, Eſr. 9, 43. Vid. *Onom. V. T.* p. 504.

Μιτυλήνη, (alii ſcribunt Μυτιλήνη,) metropolis Lesbi, Act. 20, 14. Graecae originis eſſe videri poterat et deſcendere à Primitiuo μίτυλος vel μύτιλος, i. e. ἔσχατος, vti HESYCHIVS interpretatur: quod Lesbus ex 7 maioribus inſulis fuerit μιτύλη h. e. *vltima*, vnde et nomen *Lesbos* deducit BOCHARTVS in *Canaan* L. I. c. 9. Sed 1) ab Adiectiuis non fiunt alia Adiectiua *Poſſeſſiua* vel *Gentilia* in ηνος, ſed potius vel à *Subſtantiuis:* vt ἀκμηνὸς ab ἀκμὴ, ἀλεηνὸς ab ἀλέα, συηνὸς et ὑηνὸς à σῦς et ὗς, ψεφηνὸς à ψέφος etc. vel à *Verbis:* vt πετεηνὸς, ποτηνὸς et πτηνὸς à πετέομαι et ποτάομαι, σκεπηνὸς à σκέπω etc. 2) dicendum ſic erat Μιτυληνὴ, non Μιτυλήνη: quia Accentus in eiusmodi *Gentilibus* non retrahi ſolet, vt Γαδαρηνὸς, Ἀβιληνὴ, Μαγδαληνὴ etc. Rectius itaque HILLERVS *Mitylenes* nomen deriuat à Chald. מַטְלְנָא *vectis*, non addita tamen illius ratione, quae fortaſſis fuit, quod rupi in mare excurrenti ſuperſtructa, *vectis* inſtar incurui maris fuerit obiecta: intercipiebatur

piebatur enim euripis, ſubinfluente mari, ideoque ornata erat pontibus ex lapide albo polito, vt putares, te non vrbem, ſed inſulam videre, referente LONGO *Sophiſta* in *Poemenic.* L. I. conſ. MVRETI *Var. Lect.* L. IX. c. 16.

Μιχά, Hebr. מִיכָה *attritio virium*, ſcil. matris: (*Onom. V. T.* p. 78.) pater Oziae, Iudith. 6, 15.

Μιχαήλ, Hebr. מִיכָאֵל *quis* (eſt) *ſicut Deus?* nomen archangeli, Iud. v. 9. Apoc. 12, 7. compoſitum ex מִי, ex Praefixo כ et ex הָאֵל, excluſo tamen Articulo ה, (z) vid. *Onom. V. T.* p. 504.

Μνάσων, nomen viri Cyprii, veteris Chriſti diſcipuli, Act. 21, 16. pro Μνήσων, (ſicut μνάμων dicitur pro μνήμων, ex dialecto Dorica,) *in memoriam reuocaturus*, i. e. *viuum* quoddam miſericordiae diuinae μνημόσυνον *parentibus futurus*; vel *Amplificatiuum* eſt à μνῆσις, Dorice μνᾶσις, *memoria:* vt denotet *magna memoria praeditum* ſiue *memoria valentem*, coll. ſupra Μάκρων.

Μολόχ, Hebr. מֹלֶךְ *rex:* (*Onom. V. T.* p. 196.) idolum Ammonitarum, Act. 7, 43.

Μοσόλλαμος, Hebr. מְשֻׁלָּם *retributus*, i. e. *in retributionem et praemium datus:* (*Onom. V. T.* p. 426.) nomen viri, Eſr. 9, 14.

Μοχμούρ, ex Hebr. מַחְמוּר i. e. *locus turbidus* ſiue *lutoſus:* nomen fluuii, Iudith. 7, 18. IVNIVS torrentem *Kana* intelligit.

Μύνδος,

(z) Eadem excluſio Articuli ה facta eſt in מְחוּיָאֵל, ex מְחוּי et הָאֵל, in מְחוּשָׁאֵל, ex מְחוּשׁ et הָאֵל, et in שׁוּבָאֵל, ex שׁוּב et הָאֵל, de quibus minus recte ſenſeram in *Onom. V. T.* p. 405. et 510. Si tamen prior Compoſitionis pars in hisce Nominibus ſit ex Foeminino, tunc pro ה foemin. concipiendum eſt א, ſic excludendum: quale א pro ה in Nominibus *Virorum* admodum frequens eſt, cuius rei exempla ſunt אֵלָא, אַרְצָא, בְּאֵרָא, בִּנְעָא, גֵרָא, גִשְׁפָּא, זִיזָא, זִינָא, חֲנָבָא, חֲטִיטָא, חֲטִיפָא, חֲקוּפָא, חֲשׂוּפָא, יוֹחָא, יַעְלָא, יִשְׁמָא, יִחְרָא, מְחִידָא, כִּיבָא, מֵישָׁא, נְקוֹדָא, עַבְדָּא, עַדִינָא, עַדְנָא, עֻזָּא, עֲזִיזָא, עֶזְרָא, עִירָא, עֻלָּא, עֲמַשָׂא, פִּלְחָא, פְּרוּדָא, פְּרִידָא, צִחָא, צִיבָא, קְלִיטָא, רִיבְנָא, רְצִיָא, שְׁבְנָא, שִׁיזָא, שַׁוְשָׁא, שִׁיזָא, שִׁישָׁא, שַׁמָּא, שִׁמְעָא, שַׁלְמָא, תֵּימָא, תִּירְיָא, pro אֵלָה, אַרְצָה, בְּאֵרָה etc.

Digitized by Google

Μύνδος, *Myndus*, q. d. מְנֻדָּה *longe remota*, à נדה *longe remouit:* Cariae extremum ad mare oppidulum (α) 1 Macc. 15, 23.

Μύρα, vrbs Lyciae, Act. 27, 5. ab Hebr. מְחֹרָה (pro מְחֻרָה,) *exuſta*, vel *locus exuſtus*. Conf. ſupra Λυκία.

Μυσία, nomen regionis Aſiae Minoris, Troadi conterminae, Act. 16, 7. 8. PASOR aliique deducunt à μυσὸς *abominabilis, contemtus:* quod incolae eius eſſent *abiectiſſimi*, teſte STRABONE L. XII. vnde prouerbium: *Myſorum vltimi.* Equidem deriuare malim ab Hebr. מוש *recedere:* fuit enim ſita ad Helleſpontum in *interiore* Aſiae *receſſu* ſiue *angulo*, ex quo argumento etiam vicina *Bithynia* nomen accepit. Sed Talmudici in *Ioma* ſic dictam volunt à מַשׁ, filio Arami, quos etiam HILLERVS ſequitur.

Μωὰβ, Hebr. מוֹאָב, ex מוֹבָא אָב *concubitus patris: (Onom. V. T.* p. 470.) filius Loti ex filia, metonymice eius poſteri, Iudith. 1, 12. c. 5, 2. 22.

Inde eſt *Gentile*

Μωαβίτης, *Moabita*, Eſr. 8, 69.

Μωὲθ, nomen viri, Eſr. 8, 63. corruptum ex Hebr. נוֹעַדְיָה, coll. Eſr. Canon. c. 8, 33.

Μωδεείμ, ab Hebr. מוֹדְעִים *noti*, *familiares*, (à ſing. מוֹדַע Ruth. 2, 1.) q. d. *locus, vbi noti* ſiue *familiares cohabitant;* ſed HILLERO eſt à Chald. מוֹדְעִין *notum facientes, ſignificantes*, q. d. vicus *ſignificantium*, h. e. vnde hoſtium aduentum *ſignificabant.* Oppidum fuit vel vicus, in monte ſitus, patria Maccabaeorum, 1 Macc. 9, 19. Scribitur etiam

Μωδεΐν, (ex מוֹדְעִין,) 1 Macc. 2, 1. c. 13, 25. 2 Macc. 13, 14.

Μωσῆς, Hebr. מֹשֶׁה *extractus*, ſcil. ex aquis: (*Onom. V. T.* p. 239. et 597.) propheta, filius Amrami, Matth. 8, 4. Marc. 1, 44. Ioh. 1, 46. etc. Scribitur quoque

Μωυσῆς, (per diphthongum,) Tob. 6, 12. Sir. 46, 1. et diphthongo reſoluta,

Μωϋσῆς,

(α) Notus eſt iocus Diogenis apud LAERTIVM L. VI. qui *Myndum* veniens magnasque videns portas, exiguam autem vrbem: *Viri Myndii*, inquit, *claudite portas, ne vrbs veſtra egrediatur.*

Digitized by Google

Μωϋσῆς, Act. 6,14. c.7,35. c.15,1. Rom. 10,19. 2 Tim.3,8. Hebr. 9, 19. etc. quae ſcriptura magis cum origine Nominis Aegyptiaca conuenit.

In Caſibus Obliquis flectitur, ac ſi Nominatiuus eſſet Μωσεὺς et Μωϋσεύς: vt Μωσέως Matth. 23, 2. Μωσεῖ Marc. 9, 4. 5. Μωϋσέως Act. 15,1. 5. Μωϋσεῖ 2 Tim. 3, 8. Conf. de diuerſa hac ſcriptura STEPH. MORINI *Explanationes S. et Philolog. in aliquot loca V. et N. T.* n. I.

N.

Ναασσών, Hebr. נַחְשׁוֹן *augurium fauſtum, omen bonum:* (*Onom. V. T.* p.340.) filius Aminadabi, Matth. 1, 4. Luc. 3,32.

Ναβάτ, Hebr. נְבָט *adſpectus* (diuini) *effectus:* (*Onom. V. T.* p. 114.) pater Ierobeami, Sir. 47,23.

Ναβαταῖος, *Nabataeus, Gentile* à נְבָיוֹת filio Iſmaelis, 1 Macc. 5, 25. Pro eo ſcribitur

Ναυαταῖος, 1 Macc. 9, 35.

Ναβουχοδονόσορ, Chald. נְבוּכַדְנֶאצַּר h. e. *Nebo* (eſt) *Dominus ſplendoris:* (*Onom. V. T.* p.573.) rex Babyloniae, Tob. 14, 15. Iudith. 1, 1. 5. Baruch. 1, 5. Epiſt. Ierem. v. 2. Eſr. 1, 40. etc.

Ναγγαὶ, vel, vt alii codices rectius habent, Ναγαὶ, vnus ex maioribus Chriſti, Luc. 3, 25. ſic LXX. exprimunt Hebr. נֹגַהּ *ſplendor* i. e. *decus* (familiae), 1 Chron. 3, 7.

Ναδαβάθ, Hebr. נְדָבַת *domum ſpontaneum* ſiue *ex liberalitate profectum:* oppidi ignoti nomen, 1 Macc. 9, 50. Conf. ſimilia שִׁלֻּחִים, מַתָּנָה, וָהֵב etc.

Ναζαρὲθ, h. e. נְזֶרֶת vel נְזֹרֶת *cinctura*, petita ſignificatione ab אזר vel זרה *cinxit*, vnde et נֵזֶר *corona*, q. d. *cinctura capitis:* vrbs Galilaeae, patria Chriſti, Luc. 1, 26. c. 2, 4. 39. 51. Ioh. 1, 46. 47. Act. 10, 38. quae etiam ſcribitur

Ναζαρὲτ, Matth. 2, 23. c. 4, 13. c. 21, 11. Marc. 1, 9. inde dicta, quod montem, cui ſuperſtructa erat, Luc. 4, 29. inſtar *coronae cingeret*, vt HEIDMANNVS, BISSELIVS aliique volunt: quem ſitum eam hodienum habere, teſtantur Itinerariorum ſcriptores.

Digitized by Google

Inde eſt triplex *Gentile:* (β) irregularius

Ναζωραῖος, Matth. 26, 71. Marc. 10, 47. Luc. 18, 37. c. 24, 19. Ioh. 18, 7. Act. 2, 22. c. 24, 5. etc. et duo magis regularia

Ναζαρηνὸς, Marc. 1, 24. c. 14, 67. c. 16, 6. Luc. 4, 34. et

Ναζαραῖος, Matth. 2, 23. quod Euangeliſta ſimul ad ſenſum *propheticum* deflectit, reſpiciens vel notionem *coronae,* vt HILLERO placet in *Syntagm. Hermeneut.* Loc. XIII. c. 2. vel potius, vt alii volunt, *Naziraeos*, qui Seruatorem praefigurarunt et non tantum vocantur

Ναζιραῖοι, 1 Macc. 3, 49. ſed etiam

Ναζαραῖοι, apud IOSEPHVM *Antiquit. Iud.* L. IV. c. 4. Cum itaque Ναζαραῖος et *Nazarethanum* et *Naziraeum* denotet, hinc quae angelus de Simſone, typo Chriſti, Iud. 13, 5. praedixit: *Naziraeus Dei erit puer ab vtero matris,* ea Euangeliſta tanquam prophetiam Chriſto antitypo applicat; ſicut verba Hoſ. 11, 1. de Iſraële, filio Dei, idem ad verum naturalemque Dei filium refert. Qui Matthaeum ad Hebr. נֵצֶר vel נֹצֵר reſpexiſſe contendunt, (conf. Berliniſche Hebopfer T. III. p. 418. ſeq.) non perpendunt, Hebr. צ à Graecis nunquam per ζ, ſed vbique per *ſ*, rarius per τ exprimi, coll. ſupra Sect. I. §. 4. quod dudum monuerunt HILLERVS l. c. et SCHOETGENIVS ad PASORIS *Lex. Graec. N. T.* in Ναζωραῖος.

Ναθὰν, Hebr. נָתָן (quem) *dedit*, ſcil. Deus: (*Onom. V. T.* p. 409.) filius Dauidis, Luc. 3, 31. Sed

Νάθαν (penacute) nomen eſt prophetae, Sir. 47, 1.

Compoſitum eſt

Ναθαναὴλ, Hebr. נְתַנְאֵל (quem) *dedit Deus:* (*Onom. V. T.* p. 505.) fuit 1) quidam ex maioribus Iudithae, filius Salamielis, Iudith. 8, 1. 2) primarius quidam Leuita, Eſr. 1, 9. 3) alius, Ioh. 1, 45. 46. 47. 48. 49. c. 21, 2. quem eundem eſſe volunt cum *Bartholomaeo* Apoſtolo, vt ſcil. *Nathanaël* Nomine *Proprio* vocatus fuerit,

(β) Quemadmodum etiam apud Hebraeos *Gentilia* admodum variant, vid. *Onom. V. T.* p. 364. et HILLERI *Syntagm. Hermeneut.* p. 351. 352.

Digitized by Google

fuerit, *Bartholomaeus* autem (h.e. *filius Tholomaei*) *Cognomine* à patre defuncto. Conf. MONTACVTIVS in *Origin. Eccleſiaſt.* T. I. p. 347. et T. II. p. 18. PIGNATELLVS de *Apoſtolatu Nathanaëlis Bartholomaei*, IOH. ROBERTVS de *Nathanaële Bartholomaeo*, WILH. CAVE in *Antiquit. Apoſtol.* p. 546. ſeq. LAMPIVS in *Commentar.* in Ioh. 1, 46. BVRMANNVS in *Exercitat. Academ.* P. II. §. 53. I. A. FABRICIVS in *Centur.* II. *Fabriciorum* p. 96. ſpeciatim de Orientalibus, idem ſentientibus, ASSEMANNVS in *Biblioth. Orient.* T. III. p. 321. et T. IV. p. 5. et qui illud ex inſtituto probatum iuit, I. N. NAHRIVS in Diſſert. de *Nathanaële à Bartholomaeo non diuerſo.* Secus ſentiunt I. A. FABRICIVS in *Cod. Apocryph. N. T.* P. II. p. 737. et IOH. KINDLERVS in Diſſert. de *Nathanaële.*

Cum terminatione Graeca eſt

Ναθαναῆλος nomen ſacerdotis, Eſr. 9, 22.

Ναΐν, nomen vrbis ad montem Thabor, Luc. 7, 11. quod vulgo deducunt ab Hebr. נָעִים *amoenus:* quam ſententiam confirmat *Breſchith Rabba* apud LIGTFOOTVM in *Chorograph.* Lucae praemiſſ. c. 3. ſect. 1-3. cui eadem eſt cum *Engannim* Ioſ. 19, 21. c. 21, 29. Omnes tamen Verſiones Orientales in medio א habent, non ע, quare non bene à נָעִים deriuari, monet CASTELLVS in *Lex.* col. 2180. Sic vero Ναΐν erit plur. cum terminatione Chald. vel Syr. נָאִין i. e. *habitacula* vel *caulae cum paſcuis*, (qualia fuerunt *habitacula* Nomadum cum pecoribus per paſcua errantium,) à ſing. נָאֶה, alias נָוֶה, in foem. נָוָה et נָאָה.

Ναναία, Deae nomen apud Perſas, 1 Macc. 13, 15. Perſ. ننه *Nane*, h.e. *mater*, eadem cum Graecorum Δημήτηρ et Μήτηρ ſimpliciter, et Latinorum *Magna Matre*, conf. RELANDVS de *Vet. ling. Perſ.* §. 95. Sed BOCHARTVS in *Phaleg* L. IV. c. 19. legi vult Ἀναία, quomodo apud STRABONEM L. XV. vocatur, alias *Anaitis.* Conf. Celeb. ERN. FRID. WERNSDORFFIVS de *fide hiſtorica librorum Maccabaic.* p. 63.

Ναοὺμ, Hebr. נַחוּם *conſolatio*, *ſolatium*, ſcil. parentum: (*Onom. V. T.* p. 265.) quidam ex maioribus Chriſti, Luc. 3, 25.

Νάρκισσος, Lat. *Narciſſus:* Claudii Caeſaris libertus, cuius mentio fit Rom. 16, 11. Ad nominis rationem conf. *Onom. V. T.* p. 16. p. 176. not. (a) et p. 331. not. (λ) vid. et PASCHALIVS de *Coronis* L. III. c. 9.

Νασβὰς, i. e. *planta*, vt Chald. נִצְבָא, Syr. ܢܨܒܬܐ et Arab. نشب: nomen patruelis Tobiti, Tob. 11, 18. Conf. Hebr. צִיבָא in *Onom. V. T.* p. 69.

Νασὼρ, 1 Macc. 11, 67. corruptum putatur pro Ἀσὼρ, quod IOSEPHVS et Vulgatus habent, Hebr. חָצוֹר *vallatus, ſeptus* (locus), vid. *Onom. V. T.* p. 82. Fuit ſic nomen vrbis in tribu Naphtali.

Ναυαταῖοι, vid. ſupra ſub Ναβαταῖοι.

Ναυῆ, Sir. 46, 1. à Graecis dicitur pro Hebr. נוּן, nomine patris Ioſuae: de qua varietate ſententiam meam expoſui in *Onom. V. T.* p. 351. Ναυῆ eſſe Hebr. נָבִיא *propheta*, poſt HARDVINVM ſtatuit Ven. HEVMANNVS in Diſſert. de *Ortu Nominis Chriſtianorum* p. 27. Conf. Cl. LEVSCHNERVS *ſuper teſtimonio Procopii de columnis Tingitanis* §. 11. ſeq.

Ναχὼρ, Hebr. נָחוֹר *albus, candidus:* (*Onom. V. T.* p. 424.) filius Serugi, Luc. 3, 34.

Νεάπολις, h. e. *noua vrbs:* nomen plurimis vrbibus commune, è quibus *Neapolis* Macedoniae ad ſinum Strymonium memoratur Act. 16, 11. Conf. Hebr. חֲדָשָׁה in *Onom. V. T.* p. 99. (γ)

Νεεμὰν, Hebr. נַעֲמָן *valde ſuauis* ſiue *iucundus:* (*Onom. V. T.* p. 328.) dux exercitus Syrorum, Luc. 4, 27.

Νεεμίας, Hebr. נְחֶמְיָה *compaſſus* ſiue *miſertus eſt Dominus:* (*Onom. V. T.* p. 539.) Iudaeae praefectus, filius Hachaliae, Sir. 49, 13. 2 Macc. 1, 18. Eſr. 5, 8. 40. etc.

Νέρων,

(γ) Sic *Caene*, h. e. Καινὴ, oppidum fuit Aegypti, *Caenopolis* Cyrenaicae, *Chadeth* ſiue *Chadetha*, Arab. *Chaditha*, h. e. *noua*, nomen fuit duarum vrbium, alterius ad Euphratem, alterius ad Tigrim, *Pududſcheri* et *Pudukudhipadti*, i. e. *vrbs noua*, nomina ſunt vrbium Indiae, de quibus vid. *Relat. Malabar.* Continuat. XXV. p. 160. et XXX. p. 533.

Digitized by Google

Νέρων, i. e. *fortis* ac *ſtrenuus*, lingua Sabinorum, teſtibus SVETONIO in *Nerone* c. 1. et GELLIO *Noct. Attic.* l. XIII. c. 22. q. d. Νεύρων, *qui eſt magnis neruis: Amplificatiuum* à νεῦρον *neruus*. Conf. ſupra Μάκρων. Fuit *Nero* Caeſar Romanorum, cuius mentio fit in ſubſcriptione Epiſtolae II. ad Timoth.

Νετωφᾶς, Hebr. נְטֹפָה *ſtillatio, fluxus, effuſio aquae:* (*Onom. V. T.* p. 93.) vrbs non procul à Bethlehemo, Eſr. 5, 18.

Νεφθαεὶ, h. e. Perſice نفت اي (*napht i*,) h. e. *naphta eſt*, vel Hebr. נִפְתָּה הִיא eodem ſenſu: ſic populus incredulus aquam craſſam illam, à ſole accenſam, vocabat, 2 Macc. 1, 36.

Νεφθαλὶ, Hebr. נַפְתָּלִי *luctatio mea*, ſcil. matris: (*Onom. V. T.* p. 320.) filius Iacobi patriarchae, Tob. 1, 1. 2. 4. etc. In N. T. vocatur

Νεφθαλείμ, Matth. 4, 13. 15. Apoc. 7, 6. quomodo et IOSEPHVS *Antiquit. Iud.* L. I. c. 19. habet, LXX. autem Hebr. נַפְתָּלִי efferunt Νεφθαλὶμ, 1 Reg. 4, 15. quaſi ſit ex plur. נַפְתָּלִים *luctationes*. Poſſet ſic eſſe plur. à ſing. *Gentili* נַפְתָּלִי *Naphtalita*, coll. ſimilibus Φυλιστιείμ et Χεττιείμ.

Νεφθὰρ, 2 Macc. 1, 36. vocatur aqua craſſa illa, à ſole accenſa, vel locus, vbi illa reperta fuit, et l. c. explicatur καθαρισμός: vnde GROTIVS mauult legere Νέχπαρ, ab Hebr. כפר *expiauit*, RELANDVS vero *de vet. ling. Perſ.* §. 68. legit Ἐφθὰρ et deriuat ex Perſ. اب طاهر (*ab tahr*) h. e. *aqua munda:* vt adeo interpretatio per καθαρισμὸς magis ad ſenſum ſit, quam ad apices verborum. Equidem nihil mutandum, ſed Νεφθὰρ compoſitum puto ex נֶפֶת *immundities*, *ſordes*, vt Syr. ܢܦܬܐ, Arab. نفي, (à rad. Arab. נפא *repulit*, *reiecit*, *eiecit*,) et ex טֹהַר *expurgatio*, vt טֹהַר Leuit. 12, 4. 6. et טָהֳרָה Neh. 12, 45. omiſſa altera litterarum ſimilium, vt fieri in Compoſitis ſolet, coll. *Arcan. Form. Hebr.* Sect. IX. c. 3. §. 8. reg. 7. et interueniente vocis *Regentis* et *Rectae* traiectione ſiue *Anaſtrophe*, in Nominibus *Propr.* vſitatiſſima, coll. *Onom. V. T.* p. 435. Inde Νεφθὰρ eſt *immunditiei expurgatio*, Graec. vna voce καθαρισμός.

Digitized by Google

Νηρεὺς, *Nereus:* nomen viri Romani, Rom. 16, 15. à *Nereo,* Deo marino, petitum, coll. Sect. I. §. 16.

Νηρὶ, Hebr. נֵרִי *lumen* (Domini): filius Melchi, Luc. 3, 27. Plenius eſt

Νηρίας, Hebr. נֵרִיָּה *lumen Domini:* (*Onom. V. T* p. 540.) filius Maaſajae, Baruch. 1, 1.

Νίγερ, Lat. *Niger:* nomen vel potius cognomen (δ) viri, qui alias *Simeon*, Act. 13, 1.

Νικάνωρ, h. e. *victor virorum*, *victorioſus; ἥρωα*, *heroëm*, exponit HESYCHIVS: 1) dux Antiochi, filius Patrocli, 1 Macc. 3, 38. c. 7, 31. 2 Macc. 8, 9. c. 12, 2. etc. 2) diaconus eccleſiae, Act. 6, 5.

Νικόδημος, *victor populi:* princeps Iudaeorum et aſſeſſor Synedrii, Ioh. 3, 1. 4. 9. c. 7, 50. c. 19, 39. Conf. Hebr. בִּלְעָם in *Onom. V. T.* p. 459.

Eiusdem ſenſus eſt

Νικόλαος, nomen diaconi eccleſiae, Act. 6, 5.

Formam *Gentilium* habet

Νικολαΐτης, pl. Νικολαΐται, *Nicolaitae*, aſſeclae *Nicolai* cuiusdam haereſiarchae, Apoc. 2, 6. 15.

Νικόπολις, h. e. *victoriae vrbs:* nomen pluribus vrbibus commune. Occurrit Tit. 3, 13. vbi quidam intelligunt *Nicopolin* Epiri, ſic dictam à *victoria* Auguſti, quam de M. Antonio reportauerat: alii vrbem Macedoniae ad fluuium Neſum, non procul à finibus Macedoniae.

Νινευῆ, Hebr. נִינְוֵה *Nini habitatio:* (*Onom. V. T.* p. 472.) vrbs Aſſyriae, à Nimrodo condita, Tob. 1, 3. 10. 17. etc. Conf. IOH. CRAVSII Diſſert. de *Ninive.* Scribitur etiam

Νινευὴ, Iudith. 1, 1. c. 2, 21. et in N. T.

Νινευΐ,

(δ) Procul dubio ab *habitu* ſiue *vitio corporis* impoſitum, conf. de eiusmodi Nominibus *Onom. V. T.* Sect. I. §. 15. n. 12. Similia Cognomina apud *Oſtiacos*, incolas Siberiae Aſiaticae, obtinere, obſeruat I. B. MÜLLERVS in *Deſcript. Oſtiacorum* c. 2.

Νινευΐ, Luc. 11, 32.

Inde eſt *Gentile*

Νινευΐτης, *Niniuita*, Matth. 12, 41. Luc. 11, 30.

Νισὰν, Hebr. נִיסָן, menſis Hebraeorum, Eſr. 5, 6. à *copioſo germinum prouentu*, vid. *Arcan. Form. Hebr.* p. 568.

Νιφὶς, nomen viri, Eſr. 5, 21. corruptum ex Hebr. מַגְבִּישׁ, coll. Eſr. Canon. c. 2, 30.

Νομάδες, vid. ſupra Ἄραψ.

Νουμήνιος, q. d. *Nouilunius*, i. e. *natus tempore nouilunii*, à νουμηνία *nouilunium:* filius Antiochi cuiusdam, legatus Iudaeorum, 1 Macc. 12, 16. c. 14, 22. c. 15, 15. Conf. Hebr. חֹדֶשׁ in *Onom. V. T.* p. 195. Alias apud HESYCHIVM νουμήνιος eſt auis quaedam ſimilis attageni.

Νυμφᾶς, decurtatum ex Νυμφόδωρος h. e. *Nympharum donum:* nomen viri Coloſſenſis, Col. 4, 15.

Νῶε, Hebr. נֹחַ *quies*, ἀνάπαυσις, vt HESYCHIVS interpretatur: (*Onom. V. T.* p. 236.) filius Lamechi, Tob. 4, 12. Sir. 44, 17. Matth. 24, 37. 38. Luc. 3, 36. Hebr. 11, 7. 1 Petr. 3, 20. etc.

Ξ.

Ξανθικὸς, nomen menſis apud Macedones, 2 Macc. 11, 30. 33. 38. à feſto Ξανθικὰ, fortaſſis exinde ſic dicto, quod primitus à Troianis ad flumen *Xanthum* ageretur, vel ſaltem ad illorum imitationem inſtitutum eſſet. Simili ratione apud Atticos omnes fere menſes à feſto quodam nomina ſua acceperunt.

Ξένιος, *Hoſpitalis:* cognomen Iouis, quia iuri *hoſpitii* praeeſſe credebatur, 2 Macc. 6, 2.

O.

Ὀδοαῤῥὴν, legitur 1 Macc. 9, 66. quod, ſi Nomen *Propr.* ſit, vt acceperunt Syrus, qui עדררא, et Vulgatus, qui *Odaren* habet, corruptum videtur ex Ὀδοῤῥὰν vel Ὀδοῤῥὰμ, quomodo LXX. expreſſerunt Hebr. הֲדוֹרָם Gen. 10, 27. Sed IVNIO corruptum

ruptum videtur ex *Appellatiuo* ὁδουρὴν, à nominat. *ὁδουρὴς viae inſidiator*, *latro.*

᾿Οδολλάμ, Hebr. עֲדֻלָּם *ſpelunca* ſiue *latibulum*: (*Onom. V. T.* p. 413.) vrbs in tribu Iudae, cui id nominis tributum à *ſpelunca* vicina, 2 Macc. 12, 38.

᾿Οζίας, Hebr. עֻזִּיָּה *robur Domini*: (*Onom. V. T.* p. 541.) nomen 1) regis Iudae, Matth. 1, 8. 9. 2) ſenioris vrbis Bethuliae, Iudith. 6, 15. 16. 21. c. 7, 23. 3) cuiusdam ex maioribus Eſrae, filii Bukki, Eſr. 8, 2. 4) viri alius, Eſr. 5, 31.

᾿Οζιήλ, Hebr. עֻזִּיאֵל *robur Dei*: (*Onom. V. T.* p. 506.) vnus ex maioribus Iudithae, Iudith. 8, 1.

᾿Οκινὰ, Iudith. 2, 28. vel vrbs eſt tribus Iudae, Hebr. קִינָה ſiue cum Articulo הַקִּינָה, (*e*) cuius mentio fit Ioſ. 15, 22. vid. de ea *Onom. V. T.* p. 77. vel corruptum eſt, vt vulgo volunt, ex ᾿Ακωνὰ, Hebr. עַכּוֹ, alias *Ace* et *Ptolemais*, de qua vid. ibid. p. 355.

᾿Ολοφέρνης, i. e. *excelſus dux*, ex עלה, Arab. עלא *excelſus*, *ſublimis fuit*, (vnde عَلَق *altus*, *elatus*,) et פַּרְנָס Chald. et Syr. *gubernator*, *dux*, *praetor*: nomen ſummi Aſſyriorum ducis, Iudith. 2, 4. 14. etc.

᾿Ολυμπᾶς, decurtatum ex ᾿Ολυμπιόδωρος h. e. *Iouis Olympii donum*: Romanus, quem Paulus ſalutari iubet, Rom. 16, 15.

Eſt nimirum

᾿Ολύμπιος, *Olympius*, Epitheton Iouis, 2 Macc. 6, 2. ab *Olympo* monte, qui et pro ipſo *coelo* ſumitur: vnde Iupiter dicitur ἕδος ᾿Ολύμπου νέμων apud PINDARVM *Olymp.* II. 23. Alii ab vrbe *Olympia*, vbi impenſe colebatur, ſic dictum volunt.

᾿Ονήσιμος, h. e. *aptus ad iuuandum*, *qui prodeſſe poteſt*, *vtilis*, ab ὄνησις *iuuamen*, *vtilitas*: nomen ſerui Philemonis, Col. 4, 19. Philem. v. 10. coll. v. 11. vbi Paulus eum vocat εὔχρηστον i. e. *vtilem*: vt adeo *nomen* et *omen* habuerit et reuera nomen προσημαντικὸν,

(*e*) Articulus ה ſaepe Nominibus *Locorum* addi ſolet, vid. ſupra ᾿Αερμών, de Patach autem ſub illo, per *o* expreſſo, vid. in Βαιτομασθαίμ.

τικὸν, qualia ſubinde Graecos habuiſſe, notat BARNESIVS ad EVRIPID. *Phoeniſſ.* v. 640. 1500. et *Bacch.* v. 44. De ſignificatione Deriuatorum in ιμος vid. ſupra in Ἄλκιμος.

Ὀνησίφορος, (retracto Accentu pro Ὀνησιφόρος,) *vtilitatem afferens:* nomen viri fidelis, quem Paulus laudat, 2 Tim. 1, 16. c. 4, 19.

Ὀνιάρης, vid. ſupra Δαρεῖος.

Ὀνίας, Hebraeis vocatur חֲנַנְיָה, vid. ſupra Ἀνανίας. Fuit 1) ſacerdos ſummus, 1 Macc. 12, 7. 2 Macc. 3, 1. c. 15, 12. 2) alius, pater Simonis Iuſti, Sir. 50, 1.

Ὀρθωσιὰς, i. e. *Dianae Orthoſiae ſacra:* (ς) vrbs Phoenices, 1 Macc. 15, 37.

Οὐρβανὸς, Lat. *Vrbanus,* i. e. *in vrbe natus;* vel *ciuilis, comis:* nomen viri, Rom. 16, 9.

Οὐρία, Hebr. אוּרִיָּה *lux Domini,* vel (cui) *lux* (eſt) *Dominus:* (*Onom. V. T.* p. 523.) pater Meremothi, Eſr. 8, 62.

Cum terminatione Graeca dicitur

Οὐρίας, 1) Chittaeus, Bathſebae maritus, Matth. 1, 6. 2) alius, Eſr. 9, 43.

Ὀχιῆλος, ſacerdos quidam primarius, Eſr. 1, 9. qui Hebr. יְחִיאֵל h. e. *viuit Deus,* vid. *Onom. V. T.* p. 499.

Π.

Πακατιανὴ, vid. infra Φρυγία.

Παμφυλία, regio Aſiae Minoris, à *permixtis gentibus* nomen nacta: eſt enim Graec. πάμφυλος *omnis generis gentes habens:* (η) Mentio eius fit 1 Macc. 15, 23. Act. 2, 10. c. 13, 13. c. 14, 24. c. 15, 38. c. 27, 5.

Πάρθος,

(ς) Sic *Aphrodiſias,* i. e. *Veneri ſacra,* nomen eſt aliquot vrbium, *Apollonias* vrbs Cyrenaicae, *Dioſcurias* ſiue *Dioſcorias* oppidum Colchi, *Hephaeſtias* vrbs Lemni etc. conf. *Onom. V. T.* p. 302. not. (q).

(η) STRABO L. XIV. *Herodotus auctor eſt,* Pamphylios *ex ſociis eſſe Amphilochi et Calchantis,* mixtis *ſane* hominibus, *qui ex Troia ipſum ſecuti ſunt* etc.

Digitized by Google

Πάρθοι, pl. Πάρθοι, *Parthi*, Aſiae populi, Act. 2, 9. STEPHANVS *de Vrb.* φυγάδας, *profugos*, IVSTINVS *exules* (ſcil. ex Scythia) ſignificare tradunt: quomodo conuenit Chald. et Syr. פרר *fugit.* RELANDVS de *Vet. ling. Perſ.* §. 115. confert Arab. فَرّ *fugiens*; vel ex nomine *Perſarum* factum putat, quae etiam ſententia eſt SALMASII in *Not.* ad CORN. NEPOTIS *Miltiad.* c. 3. et ad TERTVLLIANVM de *Pallio* p. 119. Sunt, qui nomen illorum ex lingua Germanica, Scythicae quippe filia, repetunt, q. d. Fahrter, à fahren, vnde et Fahrt pro *profectione* ſiue *itinere.*

Παρμενᾶς, nomen diaconi eccleſiae Apoſtolicae, Act. 6, 5. decurtatum ex *Parmeniſcus* vel *Parmenides*, vel, vt HILLERO placet, ex *Parmenio.*

Πάταρα, ων, i. e. פְּתָרָא vel פִּתְרָא *interpretatio, oraculum:* vrbs Lyciae, *oraculo* Apollinis clara, Act. 21, 1. (ϑ)

Πάτμος, inſula maris Icarii, exilio Diui Iohannis nobilitata, Apoc. 1, 9. ſic vocata à *terebinthis*, quae in inſulis Cycladibus copioſe naſcuntur, iudice BOCHARTO in *Canaan* L. I. c. 8. Eſt enim Chald. בוטמא, Syr. ܒܘܛܡܐ, et Arab. بُطْم *terebinthus.* Conf. de *terebintho* valde antiqua in inſula illa, quae refert STOCHOVIVS in *Itinerar.* p. 216.

Πατρόβας, decurtatum ex integro Πατρόβιος h. e. *patris vita:* nomen viri Romani, Rom. 16, 14.

Πατρόκλος, h. e. πατρὸς κλέος *patris gloria:* pater Nicanoris, 2 Macc. 8, 9. Conf. ſupra Κλεόπας.

Παῦλος, Lat. *Paulus*, i. e. *paruus:* nomen Apoſtoli, qui antea *Saulus*, ab ipſo aſſumtum, ex quo tempore *Sergium Paulum* conuertit, Act. 13, 9. 13. Rom. 1, 1. 1 Cor. 1, 1. 2 Petr. 3, 15. etc. Quam bene *nomen* et *omen* habuerit, docet HILLERVS in *Onom. S.* p. 904. De *Sergio Paulo* vid. infra Σέργιος.

Πάφος,

(ϑ) De illa MELA I. 15. *Illam nobilem facit delubrum Apollinis, quondam opibus et oraculi fide Delphico ſimile.* Vnde Apollo *Patareus*, et eius ſacerdotes *Paterae*, conf. BOCHARTI *Canaan* L. I. c. 42.

Digitized by Google

Πάφος, vrbs Cypri, Veneri olim ſacra, hodie *Baffo*, Act. 13, 6. 13. deriuem à Chald. בָּב, Arab. بَاب *janua*, *porta*, q. d. *janua* ſiue *porta* inſulae: ſita enim erat ad mare, portu amplo inſtructa, vbi ab occidente *aditus* ad inſulam patebat. Sic CICERO in *Orat. pro Muraena* Cyzicum *Aſiae januam* vocat.

Παχὼν, nomen menſis Aegyptiorum, 3 Macc. 6, 38. de quo vid. KIRCHERI *Oedipus Aegypt.* T. II. P. II.

Πέργαμος, vrbs Myſiae Maioris ſiue Troadis, Apoc. 1, 11. c. 2, 12. quae etiam *Pergamum*. *Pergama* omnia *aedificia alta* appellata eſſe, teſtes ſunt SVIDAS et SERVIVS: vnde *alta Pergama* apud OVID. *Ad montem* enim ſitam fuiſſe, teſtantur STRABO L. XIII. et poſt illum SPONIVS in *Itiner.* P. I. p. 70. et RICAUT loco ſaepius laudato p. 76. Conferunt cum German. Berg, q. d. Bergham ſiue Bergheim: Ham enim in veteri lingua Anglosaxon. eſt *domicilium*, *villa*, *ciuitas*, *arx*, nobis Heim, vid. WACHTERI *Gloſſarium German.* in voc. Berg et Heim, et conf. REIN. REINECCIVS de *Miſnorum prima origine* p. 32. Certe etiam *Bergomum* à *ſitu in monte* nomen accepiſſe, teſtatur CORN. ALEXANDER apud PLINIVM L. III. c. 17. Conueniunt Graec. πύργος *turris*, *arx*, Arab. et Perſ. بُرْج id. German. Burg, Perſ. فرخ *aedificium altum*, Arab. فرع *ſummus* ſiue *altiſſimus fuit*, etc.

Eiusdem forſitan originis eſt

Πέργη, nomen vrbis Pamphyliae, Act. 13, 13. 14. c. 14, 25.

Περσεὺς, rex Macedoniae, 1 Macc. 8, 5. i. e. *expugnator vrbium*, vt Scholiaſtes AESCHYLI in *Choëphor.* v. 831. et Auctor *Etymologici M.* exponunt, à πέρσις *euerſio*, *expugnatio*: quomodo ad Formam Nominis conf. ſupra Λαοδικεύς. BOCHARTVS tamen in *Hieroz.* P. I. L. II. c. 6. et CLERICVS ad HESIODI *Theogon.* v. 276. nomen alterius illius *Perſei*, Iouis et Danaës filii, deriuant à Phoenic. פרשא *eques*: fuit enim *Perſeus eques* Pegaſi, equi illius alati.

Πέρσης, *Perſa*, Iudith. 16, 10. Hiſtor. Beli et Drac. v. 1. Eſr. 1, 57. c. 2, 1. etc. ab Hebr. פָּרַס, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 592.

 Inde

Digitized by Google

Inde eſt foemin.

Περσὶς, 1) *Perſis*, *Perſia* regio, Iudith. 1, 7. 1 Macc. 3, 36. c. 6, 1. Eſr. 3, 1. 14. 2) foemina, cuius mentio fit Rom. 16, 12. ex *Perſia* forſitan oriunda, conf. Sect. I. §. 15.

Adiectiuum *Poſſeſſiuum* eſt

Περσικὸς, *Perſicus*, in foemin.

Περσικὴ, *Perſica*, ſcil. regio, 2 Macc. 1, 19.

Περσέπολις, i. e. *Perſarum vrbs:* celebris quondam Perſiae metropolis, ab Alexandro M. incendio deleta, 2 Macc. 9, 2.

Πέτρος, *rupes*, i. e. *aeque firmus et conſtans ac rupes:* cognomen Simonis Apoſtoli, à Seruatore ipſi inditum, Matth. 4, 18. c. 16, 18. Marc. 3, 16. Luc. 6, 14. Ioh. 1, 41. 1 Petr. 1, 1. etc. quo explicatur Syr. Κηφᾶς, i. e. ܟܐܦܐ *petra, rupes*, Ioh. 1, 43. 1 Cor. 1, 12. c. 3, 22. c. 9, 5. c. 15, 5. Gal. 2, 9. Πέτρος tamen primitiue non ſignificare *petram*, ſed formatum eſſe à πέτρα, addita terminatione maſc. vt fiat *Nomen Proprium*, ſtatuunt IOH. VORSTIVS in *Miſcellan. Academ.* c. 12. et HILLERVS in *Onom. S.* p. 907. Conf. MONTACVTII *Orig. Eccleſ.* T. II. p. 6. ſeq. et LIGTFOOTI *Harmon. Euangel.* ad Ioh. 1, 42.

Πιλάτος, Lat. *Pilatus*, i. e. *pilo armatus*, vid. ſtatim Πόντιος.

Πισιδία, regio Aſiae Minoris, Act. 13, 14. c. 14, 24. cuius incolae *Piſidae*, olim *Solymi.* Nomen accepit à *lacu*, cui adiacet: (*t*) פצירא enim Chald. et Syr. eſt *alueus aquae*, *foſſa*, quocum conuenit Graec. πίσος *palus*, *locus humidus.*

Πόντιος, Lat. *Pontius*, (frequens in Nominibus Romanorum, conf. GLANDORPII *Onomaſt. Roman.* col. 705. ſeq.) à *ponte*, ſcil. Tiberis, q. d. *ad pontem natus.* Fuit

Πόντιος Πιλάτος, *Pontius Pilatus*, Procurator Iudaeae, Matth. 27, 2. Luc. 3, 1. Act. 4, 27. 1 Tim. 6, 13. qui et ſaepius nude Πιλάτος, vt Matth. 27, 13. 17. 22. Marc. 15, 12. Luc. 13, 1. Ioh. 18, 29. Act.

(*t*) De quo STRABO L. XIV. *Prope Phaſelidem eſt lacus, cui Solymi montes imminent.* Vid. quoque, quae ex CHOERILO apud IOSEPHVM BOCHARTVS habet in *Canaan* L. I. c. 6.

Act. 3, 13. etc. conf. BYNAEVS de *morte I. C.* L. II. p. 409. 410. et LYDIVS in *Florum ſparſione ad Paſſionem I. C.* p. 114. 115.

Πόντος, *Pontus*, regio Aſiae Minoris, ſic dicta, quia *ponto* ſiue *mari Euxino* adiacet, Act. 2, 9. 1 Petr. 1, 1.

Inde eſt Adiectiuum *Poſſeſſiuum*

Ποντικὸς, *Ponticus*, Act. 18, 2.

Πόπλιος, Lat. *Publius, qui eſt de populo* i. e. *à parte populi, qui cum populo facit*, frequens apud Romanos Nomen, per P. abbreuiari ſolitum. In ſacris memoratur *Publius* praefectus inſulae Melitae, Act. 28, 7. 8.

Πόρκιος, Lat. *Porcius, qui eſt ex familia Porciorum*, à *porcis* denominata, (x) vid. infra Φῆστος.

Ποσιδώνιος, *Neptunius*, i. e. *Neptuno dicatus*, à Ποσειδῶν *Neptunus:* nomen viri, 2 Macc. 14, 19.

Ποτίολοι, Lat. *Puteoli:* oppidum Campaniae, Act. 28, 13. à *puteis* ſiue *putcolis* aquarum frigidarum et calidarum; vel ex *puteo* et *oleo*. FESTVS: Puteolos *dictos putant ab aquae calidae* putore; *quidam à multitudine* puteorum, *earundem aquarum gratia factorum.* Vid. et STRABO L. V. et VARRO de *ling. Lat.* L. IV. c. 5.

Πούδης, Lat. *Pudens:* nomen viri, 2 Tim. 4, 21.

Πρίσκα, Lat. *Priſca*, vxor Aquilae, 2 Tim. 4, 19. à maſc. *Priſcus*, h. e. *qui eſt ex genere priſco;* vel *moribus antiquis:* quod frequenter inter Nomina Romanorum occurrit. *Priſca* illa etiam Forma *Deminutiua* et ὑποκοριστικῇ vocatur

Πρίσκιλλα, *Priſcilla*, Act. 18, 2. 18. 26. Rom. 16, 3. 1 Cor. 16, 19. Conf. ZELTNERI Diſſert. de *Priſcilla, Aquilae vxore*, §. 8. ſeq.

Πρόχορος, i. e. *qui chorum praecedit*, *dux chori:* diaconus eccleſiae Apoſtolicae, Act. 6, 5.

Πτολεμαῖος, vulgo *bellicoſus* exponitur, à πτόλεμος pro πόλεμος *bellum.* Sed Adiectiua in αῖος vix ab aliis Primitiuis deſcen-

dunt,

(x) VARRO de *Re ruſt.* L. II. c. 1. *Nomina multa habemus ab vtroque pecore, à maiore et minore: à minore* Porcius, Ouinius, Caprilius etc. conf. *Onom. V. T.* p. 391. ſeq.

Digitized by Google

dunt, quam à finitis in α, η, ας, ης, ιος et ιον, conf. Scholiaſtes EVRIPIDIS ad *Hecub.* v. 32. HOTTINGERVS in *Analyſi Iobi* c. 31, 38. contractum putat ex בַּר־תַּלְמַי, vnde et Βαρθολομαῖος. Sed dura eſt eliſio litterae ρ et mutatio litterae ב in π: quare potius deduco ex Simplici Nomine *Propr.* Τολεμαῖος ſiue Θολομαῖος, Hebr. תַּלְמַי i. e. *longitudinem ſulci exaequans*, vid. *Onom. V. T.* p. 388. vnde et Arabes nomen *Ptolemaei* ab initio ſine *P* ſcribunt. Conf. DRVSII *Obſeruat.* L. II. c. 4. Eſt autem Π Articulus Aegyptiacus. Fuit enim nomen regibus Aegypti commune, à *Ptolemaeo*, primo illius nominis rege, propagatum; ſicut à Iulio *Caeſare* omnes Imperatores Romani dicti ſunt *Caeſares.* In ſacris memorantur 1) *Ptolemaeus*, cognomine *Philometor*, 1 Macc. 1, 18. c. 10, 51. 2 Macc. 4, 21. 2) alius rex Aegypti, cognomine *Phyſcon*, h. e. *craſſus*, 2 Macc. 1, 10. 3) alius, cognomine *Philopator*, 3 Macc. 1, 2. c. 3, 12. c. 7, 1. 4) filius Dorymenis, amicus Antiochi Epiphanis, ob *longam* ſcil. *ſtaturam*, (λ) vnde et cognomen Μάκρων, i. e. *longus*, ei adhaeſit, 1 Macc. 3, 38. 2 Macc. 8, 8. c. 10, 12. 5) filius Abubi, 1 Macc. 16, 11. 2 Macc. 4, 45. c. 6, 8.

A *Ptolemaeo* Lathuro, alio Aegyptiorum rege, nomen accepit

Πτολεμαΐς, vrbs Palaeſtinae, quae Hebr. עַכּוֹ, 1 Macc. 5, 15. c. 10, 1. 2 Macc. 13, 24. Act. 21, 7.

Alia vrbs Aegypti fuit

Πτολεμαῒς Ῥοδοφόρος h. e. *roſarum ferax*, 3 Macc. 7, 17.

A *Ptolemaide*, vrbe Palaeſtinae, eſt *Gentile*

Πτολεμεὺς, *Ptolemenſis*, 1 Macc. 12, 48. 2 Macc. 13, 25.

Πύθων, *daemonium vaticinans*, δαιμόνιον μαντικὸν, vt HESYCHIVS exponit, ἀπὸ τοῦ πυθέσθαι, ab *interrogando* et *conſulendo*, coll. Arab. نثا *conſuluit*, *interrogauit*, *ſciſcitatus eſt:* quia in rebus dubiis *conſulebatur.* Quidam *Apollinem* intelligunt, artis quippe vaticinandi praeſidem, vel ſic dictum à ſerpente Πύθων, (Hebr. פֶּתֶן,)

(λ) Procul enim dubio Nomen illud Regibus Aegypti impoſitum fuit à *forma elata*, quae in Regibus maxime placebat, conf. *Onom. V. T.* p. 605. et de more, Regum Nomina aſſumendi, ibid. p. 359. not. (g).

פֶּתֶן,) quem interfecit, vnde et *Pythius* vocatus eſt. Sed BOCHARTVS et HILLERVS illud nomen deducunt à *Put*, filio Chami, qui idem ſit cum *Apolline*. *Spiritum* Πύθωνος habebat ancilla illa, ex qua eum Paulus eiecit, Act. 16, 16.

P.

Ῥαὰβ, vid. infra Ῥαχάβ.

Ῥάγα, (genit. ης et ων,) vrbs Mediae, Tob. 1, 14. c. 4, 1. c. 6, 9. etc. quae etiam

Ῥαγαῦ vocatur, Iudith. 1, 5. 35. nomen nacta à

Ῥαγαῦ, filio Phalegi, Luc. 3, 35. qui Hebr. רְעוּ h. e. *conſociatio*, vid. *Onom. V. T.* p. 48. et conf. pluribus de vrbe illa RELANDVS in Diſſert. de *vet. ling. Perſ.* §. 131. atque BOCHARTVS in *Phaleg* L. II. c. 14. qui tamen in *Hieroz.* P. I. L. II. c. 9. illam ab adiacentis *paſcui vbertate* ſic dictam putat, coll. Chald. רעו *paſcuum.*

Ῥαγουήλ, Hebr. רְעוּאֵל *conſociatio* ſiue *coetus Dei:* (*Onom. V. T.* p. 509.) pater Sarae, ſocer Tobiae, Tob. 3, 7. 17. c. 6, 10. 12. etc. Etiam LXX. ſic Hebr. רְעוּאֵל exprimunt Num. 1, 14.

Ῥαζίς, i. e. רָזִי *macilentus*, *gracilis:* nomen Iudaei cuiusdam, 2 Macc. 14, 37.

Ῥάθυμος, Eſr. 2, 16. 17. 25. 30. Nomen proprie *Appellatiuum* eſt, pro *Proprio* רְחוּם, coll. Eſr. Canon. c. 4, 8.

Ῥαμὰ, (in dat. Ῥαμᾷ,) Hebr. רָמָה *celſitudo, excelſum:* (*Onom. V. T.* p. 109.) vrbs Beniaminitarum, Matth. 2, 18.

Ῥαμαθὲμ, Hebr. רָמָתַיִם, vrbs in tribu Ephraim, 1 Macc. 11, 34. vid. ibid.

Ῥαμεσσῆ, i. e. רַעְמְסֵס *Heliopolis:* (*Onom. V. T.* p. 603.) vrbs Aegypti, Iudith. 1, 9.

Ῥασσίς, Iudith. 2, 23. vbi Vulgatus habet *Tharſis*, et ſic quoque in textu Graeco corrigit GROTIVS: vt adeo l. c. *filii Tharſis* ſint *poſteri Tharſchiſchi*, filii Iauanis, à quo quidam vrbem *Tarſum*

Tarſum nomen accepiſſe volunt, vid. *Onom. V. T.* p. 305. et Auctoribus ibi laudatis add. M. F. BECKII Diſſert. de *Eden, Ophir et Tharſis.*

Ῥαφαὴλ, Hebr. רְפָאֵל *ſanauit Deus:* (*Onom. V. T.* p. 509.) nomen angeli, Tob. 3, 17. c. 5, 4. alludens ad factum illud, quod narratur c. 11.

Ῥαφία, nomen vrbis, 3 Macc. 1, 1. quae STEPHANO *de Vrb.* Ῥάφεια, i. e. vrbs τῶν רְפָיָא *gigantum:* ſita enim fuit in vicinia Gazae, multorum *gigantum* olim ſedis, vnde STRABO L. XVI. Μετὰ δὲ Γάζαν Ῥαφία.

Ῥαφὼν, nomen vrbis, quae PLINIO *Raphana,* 1 Macc. 5, 37. q. d. vrbs τῶ רְפָוֹן ſiue רְפָאוֹן h. e. *gigantis magni,* quod *Augmentatiuum* eſt à רָפָה ſiue רָפָא *gigas:* ſita enim fuit non procul à Karnaim, ſimili olim *gigantum* ſede, coll. Gen. 14, 5.

Ῥαχὰβ, Hebr. רָחָב *dilatatio,* ſcil. familiae: (*Onom. V. T.* p. 118.) mulier Hierichuntina, vxor poſtea Salmonis, Matth. 1, 5. quod tamen refellit OVTHOVIVS in *Biblioth. Brem.* Claſſ. III. p. 438. ſeq. Scribitur etiam

Ῥαὰβ, Hebr. 11, 31. Iac. 2, 25. ſicut Ἀβρὶς dicitur et Χαβρὶς etc.

Ῥαχὴλ, Hebr. רָחֵל *ouis:* (*Onom. V. T.* p. 394.) vxor Iacobi patriarchae, Matth. 2, 18. vbi tamen et Ier. 31, 15. nomen *vrbis* eſſe, quae alias רָכָל 1 Sam. 30, 29. pluribus contendit HARCKENROTHIVS in *Biblioth. Brem.* Claſſ. V. p. 1095. ſeq.

Ῥαψάκης, Chald. רַבְשָׁקֵה h. e. *primarius pincerna:* (*Onom. V. T.* p. 575.) nomen miniſtri regis Aſſyriae, non tam *Proprium,* quam *dignitatis* et *officii*, Sir. 48, 18.

Ῥέβεκκα, Hebr. רִבְקָה *animal ſaginatum,* vel *vinculo ligatum, vitula* ſcil. vel *ouis:* (*Onom. V. T.* p. 151.) vxor Iſaaci patriarchae, Rom. 9, 10.

Ῥεελίας, Hebr. רְעֵלְיָה i. e. *tremor Domini:* (*Onom. V. T.* p. 545.) nomen viri, Eſr. 5, 8. coll. Eſr. Canon. c. 2, 2.

Ῥεμφὰν, nomen deaſtri, ab Iſraelitis in deſerto culti, Act. 7, 43. varie explicatur. Ab HILLERO exponitur *giganteus*, ex רְפָאַן, ſed inuita Formae Nominum in *an* analogia, cuius ſignificatio

Digitized by Google

ficatio *Augmentatiua* eſt, non *Poſſeſſiua.* Aliis eſt pro רֶמְּֽן hocque pro רְמִּן, aliis corruptum ex כִּיּֽן, Arab. كيوان h. e. *Saturnus,* vid. LVDOVICVS *de* DIEU ad Amoſ. 5, 26. et Act. 7, 43. et POCOCKIVS in *Specim. Hiſtor. Arab.* p. 137. et 390. vel ex Hebr. כִּיּֽן Amoſ. 5 26. כ per errorem in ר deflexo. Sunt, qui nomen regis Aegyptiorum fuiſſe volunt, poſt mortem pro Deo culti, qui à DIODORO *Siculo* vocatur *Remphis.* Quidam denique legere malunt Ῥηφὰν, quod nomen *Saturni* fuit apud Aegyptios. Conf. I. A. FABRICIVS ad *Philaſtrium* p. 34. HOTTINGERVS in *Primit. Heidelberg.* p. 392. et in *Exercitat. Anti-Morin.* p. 57. PFEIFFERVS in *Hebraicis et Exot. N. T.* Loc. 36. BVRMANNVS in *Exercitat. Acad.* P. I. §. 108. WICHMANSHAVSEN in Diſſert. de *Molocho* p. 56. ſeq. I. F. GERHARDVS de *conſenſu et diſſenſu religionum profan.* c. 2. §. 12. IOACH. HILDEBRANDVS in *Antiquit. S. S.* p. 160. I. C. BIEL in *Specim. Theſauri Philolog.* p. 93. ſeq. LEVSDENVS in *Philologo Hebraeo-Mixto* Diſſert. 43. §. 9. VITRINGA in *Obſeruat. S.* P. II. p. 249. ſeq. WITSIVS in *Miſcell. S.* T. I. p. 610. ſeq. BVDDEVS in *Hiſtor. Eccleſ. V. T.* T. I. p. 769. ſeq. DEYLINGIVS in *Obſeruat. S.* P. II. p. 337. ſeq. OL. MOLLERVS in *Biblioth. Lubec.* Vol. VII. p. 469. ſeq. I. G. SCHWABIVS in Diſſert. de *Moloch et Rempham*, C. G. F. WOLFFIVS in Diſſert. de *Chiun et Rempham*, etc. Singulas illas ſententias examinauit P. E. IABLONSKIVS in Diſſert. de *Remphah Aegyptiorum Deo*, qui Ῥεμφὰ ſiue Ῥομφὰ per *regem coeli* explicat, ex Coptico ⲣⲏ vel ⲣⲟ, (vnde et porro factum ⲟⲩⲣⲟ,) *rex*, et ⲫⲉⲍ *coelum*, interpoſito M, Genitiui nota.

Ῥήγιον, vrbs Bruttiorum ad fretum Siculum, Act. 28, 13. ſic dicta à ῥήγνυμι *abrumpo*, vnde ῥηγὴ *abruptio:* (μ) quia eo loco Sicilia

(μ) Scilicet à ῥηγὴ fit Adiectiuum *Poſſeſſiuum* ſiue *Denominatiuum* ῥήγιος, *ad abruptionem pertinens*, *ex ruptura ortus* vel *eam paſſus*, cuius Neutrum ῥήγιον per Ellipſin *ſubſtantiue* de *Loco* vſurpatur, vt alia Neutra in ιον, e. g. ἅγιον, βιτάμιον, γυμνάσιον, ἕδριον, κασάλβιον, κλείσιον et κλίσιον, λιβάδιον, μελίσσιον, ποιμένιον, φροντίον etc. Conf. ſupra p. 33. not. (μ).

cilia olim ab Italia *abſciſſa* eſt, conf. EVSTATHIVS ad DIONYSIVM *Perieg.* v. 343. 344. et 476. *Etymolog. M.* in h. v. PLINIVS L. III. c. 8. VIRGILIVS *Aeneid.* III. 414. ſeq. aliique apud CLVVERIVM de *Sicilia antiq.* L. I. c. 6.

Ῥησὰ, i. e. *caput, primarius*, vt Chald. רֵישָׁא: filius Zorobabelis, Luc. 3, 27. Conf. Hebr. רֹאשׁ in *Onom. V. T.* p. 96.

Ῥησαίας, Eſr. 5, 8. nomen corruptum ex Hebr. שְׂרָיָה, coll. Eſr. Canon. c. 2, 2.

Ῥοβοὰμ, Hebr. רְחַבְעָם *dilatatio populi*, vel *dilatatus eſt populus*: (*Onom. V. T.* p. 479.) filius Salomonis, rex Iudae, Sir. 47, 23. Matth. 1, 7.

Ῥόδη, h. e. *roſa*: ancillae nomen, Act. 12, 13. *Roſa* ſymbolum eſt *pulcbritudinis* ac *ſuauitatis*, et *roſeus* omnem *pulcbritudinem* complectitur, conf. PASCHALIVS de *Coronis* L. III. c. 5. ſeq. BARTHIVS in *Aduerſariis* L. VII. c. 21. ad STATIVM T. III. p. 1065. et ad CLAVDIANVM de *Nupt. Honor.* v. 247. et HENRICVS à SEELEN in *Meditat. Exeget.* P. III. p. 350. ſeq.

Ῥόδοκος, idem quod Arab. *raudak*, h. e. *formoſus*, cum terminatione Graeca: nomen Iudaei proditoris, 2 Macc. 13, 21.

Ῥόδος, *Rhodus*, inſula maris Carpathii et vrbs in illa eiusdem nominis, 1 Macc. 15, 23. Act. 21, 1. ſec. Scholiaſten PINDARI et ISIDORVM à *roſis* ſic dicta: vnde et in nummis *Rhodiorum* ab vna parte *ſolis*, ab altera *roſae* imago compareſt, conf. COTOVICI *Itinerar.* p. 90. MYLLERI *Itinerar. Orient.* p. 303. et BOCHARTI *Phaleg* L. III. c. 6. qui tamen in *Canaan* L. I. c. 7. eius nomen deriuat à Chald. et Syr. יְרוֹד *draco*, per Aphaereſin, ob *draconum* et *ſerpentum copiam*, vnde et primitus *Ophiuſa*, h. e. *ſerpentibus abundans*, vocata ſit. (*v*)

Ῥοδοφόρος, vid. ſupra Πτολεμαΐς.

Ῥέιμος,

(*v*) Nota eſt hiſtoria vaſti illius *draconis*, qui an. 1345. hanc inſulam infeſtauit multosque homines occidit, tandem à Deodato de Gozon, equite ordinis Iohannitarum, ſuperatus et interfectus.

Digitized by Google

Ῥόϊμος, nomen viri, Eſr. 5, 8. factum ex Hebr. רְחוּם, coll. Eſr. Canon. c. 2, 2.

Ῥουβὴν, Hebr. רְאוּבֵן *reſpectus* ſiue *adſpectus* (diuini) *filius:* (*Onom. V. T.* p. 479.) filius Iacobi patriarchae primogenitus, Apoc. 7, 5.

Ῥοὺθ, Hebr. רוּת, contract. ex רְאוּת *adſpectus cum voluptate,* et hinc eius *obiectum;* vel *adſpectus*, ſcil. diuinus: (*Onom. V. T.* p. 249.) mulier Moabitica, vxor poſtea Boaſi, Matth. 1, 5.

Ῥοῦφος, Lat. *Rufus:* filius Simonis Cyrenaei, Marc. 15, 21. Rom. 16, 13. Conf. Hebr. נָחָר in *Onom. V. T.* p. 164. *Rufus* frequens fuit inter Nomina Romanorum, conf. GLANDORPII *Onomaſt. Roman.* col. 749. Sic *Sumaca*, h. e. *rufus*, cognomen fuit regis Edeſſae.

Ῥώμη, *Roma*, i. e. *robur*, *firmitas:* vrbs Italiae celeberrima, quam *Romulus* conditor à *robore et firmitate* boni ominis ergo ſic vocauit, ſimul ad nomen ſuum alludens. Quidam ab Hebr. רוּם, *altum eſſe*, (vnde et *Rama*, vrbis nomen,) alii à Celtico ſiue Germanico Raum vel Ruhm eius nomen deriuant, quod longius petitum videtur. Mentio eius fit 1 Macc. 1, 10. c. 7, 1. c. 12, 1. Act. 18, 2. c. 19, 21. Rom. 1, 7. 15. etc.

Gentile eſt

Ῥωμαῖος, *Romanus*, 1 Macc. 8, 1. Ioh. 11, 48. Act. 2, 10. c. 16, 21. etc. indeque *Poſſeſſiuum*

Ῥωμαϊκὸς, Luc. 23, 38.

Σ.

Σαβαναςσάρος, Eſr. 6, 18, 20. corruptum ex שֵׁשְׁבַּצַּר, nomine Zerubabelis Chaldaico, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 575. coll. Eſr. Canon. c. 1, 8. c. 5, 14.

Σάβαννος, Eſr. 8, 63. ſimile nomen corruptum ex Hebr. בִּנּוּי, coll. Eſr. Canon. c. 8, 3.

Σαβὰτ, Hebr. שְׁבָט, nomen menſis Hebraeorum vndecimi, Ianuario noſtro ex parte reſpondentis, à *frigore* petitum, 1 Macc. 16, 14. coll. rad. Arab. سبط *febri frigida laborauit.*

Σαβαὼθ, Hebr. צְבָאוֹת *exercitus:* vnde *Dominus* Σαβαὼθ, *exercituum*, Rom. 9, 29. Iac. 5, 4. à quibusdam *Nominibus* Dei *Propriis* accenſetur, vid. *Onom. V. T.* p. 118.

Σαββαταῖος, nomen Leuitae, Eſr. 9, 14. Hebr. שַׁבְּתַי *ſabbathum Domini*, h. e. *natus ſabbatho*, (*Onom. V. T.* p. 561.) coll. Eſr. Canon. c. 10, 15.

Σαδδοῦκος, Pontifex, filius Ahitobi, Eſr. 8, 2. Hebr. צָדוֹק, i. e. *iuſtus*, vid. *Onom. V. T.* p. 87.

Σαδδουκαῖοι, *Sadducaei*, vulgo à *Zadoko* quodam dicti putantur; ſed à Chald. et Syr. סדק *ſcidit*, *fidit*, (vnde et Syr. ܣܕܩܐ *ſchiſma*, *haereſis*,) eorum nomen deducit HILLERVS, q. d. סְדוּקַיָא *ſciſſi*, *abſciſſi*, h. e. *ſchiſmatici*, *haeretici:* quia angelos, ſpiritus et reſurrectionem mortuorum negabant, Matth. 3, 7. c. 22, 23. Marc. 12, 18. Luc. 20, 27. Act. 5, 17. c. 23, 8. etc.

Σαδὼκ, Hebr. צָדוֹק i. e. *iuſtus:* filius Aſoris, Matth. 1, 14.

Σαθραβουζάνης, Eſr. 6, 3. 7. 26. c. 7, 27. corruptum ex שְׁתַר בּוֹזְנַי i. e. *ſtella ſplendoris* ſiue *ſplendida*, nomine praetoris Perſici, (*Onom. V. T.* p. 593.) coll. Eſr. Canon. c. 5, 3. c. 6, 6. Ad nominis rationem conf. *Onom. V. T.* p. 581. Sic Argonautas φαεινοὺς ἀστέρας vocat APOLLONIVS *Rhod.* I. 240. Demoſthenem, Ariſtidem et Thucydidem τρεῖς ἀστέρας Ῥητορικῆς appellat THOMAS *Scholaſticus* in *Epigram.* etc. vid. et BARTHII *Aduerſar.* L. XX. c. 21.

Σαλὰ, Hebr. שֶׁלַח *propago:* (*Onom. V. T.* p. 222.) filius Arphaxadi, Luc. 3, 35.

Σαλαθιὴλ, Hebr. שַׁלְתִּיאֵל, contract. ex שְׁאַלְתִּיאֵל *petitio Dei*, h. e. *filius à Deo petitus* ſiue *exoratus:* (*Onom. V. T.* p. 509.) filius Iechoniae ſiue Neri, Eſr. 5, 5. 48. 56. Matth. 1, 12. Luc. 3, 27.

Σαλαμιὴλ, quidam ex maioribus Iudithae, Iudith. 8, 1. LXX. Interpretes ſic efferunt Hebr. שְׁלֻמִיאֵל h. e. *retributio* ſiue *praemium Dei*, vid. *Onom. V. T.* p. 510.

Σαλαμὶς, inſula ſinus Saronitici, cum vrbe eiusdem nominis, alias quoque Σαλαμὶν, quae BOCHARTO in *Canaan* L. I. c. 21. ſic dicta videtur quaſi inſula ἐφιοδήκτων i. e. *à ſerpentibus morſorum*,

coll.

coll. rad. Arab. سلم *momordit* ſerpens: quia *ſerpentibus* abundauit. (ξ) Fuit patria Teucri, qui à patre expulſus, in Cyprum commigrauit ibique vrbem condidit, ex patriae nomine *Salamin* appellatam, cuius mentio fit Act. 13, 5. quamque *ambiguam* vocat HORATIVS, vt illam Salamina *veram* MANILIVS, SENECA et LVCANVS, conſ GRONOVII *Obſeruat.* L. I. c. 3. et *Onom. V. T.* p. 57. not. (p)

Σαλείμ, nomen vrbis, Ioh. 3, 23. quae eadem putatur cum שַׁעֲלִים 1 Sam. 9, 4. de qua vid. *Onom. V. T.* p. 385. et 482. conſ. ZORNII *Opuſc. S.* T. II. p. 74. ſeq. Aliis eadem eſt cum שִׁלְחִים Ioſ. 15, 32. de qua vid. *Onom. V. T.* p. 261. et conſ. Celeb. I. D. MICHAELIS Praefat. ad *Sciagraphiam Theologiae Typicae* p. 48. et ad *Epiſt. ad Hebr.* not. (185.) Aliis denique eadem eſt cum

Σαλήμ, Hebr. שָׁלֵם, contract. ex שְׁלֵמִים, (à ſing. שָׁל *tranquillitas, pax*, vt Apoſtolus interpretatur Hebr. 7, 2.) regia Melchiſedeci, Hebr. 7, 1. coll. Gen. 14, 18. vid. *Onom. V. T.* p. 252. not. (φ). Occurrit Σαλὴμ quoque vt nomen loci, Iudith. 4, 4. quem tamen RELANDVS in *Palaeſt.* p. 977. à *Salem* Melchiſedeci diſtinguendum eſſe putat.

Σαλῆμος, Eſr. 8, 1. corruptum ex Hebr. שַׁלּוּם, coll. Eſr. Canon. c. 7, 2.

Σαλμών, Hebr. שַׂלְמוֹן *veſtis eximia:* (*Onom. V. T.* p. 348.) filius Nahaſſonis, Matth. 1, 4. 5. Luc. 3, 32.

Σαλμώνη i. e. צַלְמוֹנָה *valde vmbroſa:* vrbs Cretae maritima, vnde promontorium *Salmonium* denominatum, Act. 27, 7. conſ. *Onom. V. T.* p. 345.

Σαλȣ̂μ, nomen viri, Eſr. 5, 28. Hebr. שַׁלּוּם *retributio, praemium*, vid. *Onom. V. T.* p. 267.

Cum terminatione Graeca eſt

Σαλȣ̂μος, ſimile nomen viri, Eſr. 9, 25.

Pro Hebr. שַׁלּוּם etiam occurrit

(ξ) Interpretes Graeci Σαλαμὶν poſuerunt pro Hebr. שַׁעַלַבִּין Ioſ. 19, 42. nomine vrbis, à *vulpibus* ſiue *thoibus* appellatae.

Digitized by Google

Σαλὼμ, nomen patris Hilkiae pontificis, Baruch. 1, 7. coll. 2 Reg. 22, 4. 2 Chron. 34, 9. Sed 1 Macc. 2, 26. Σαλὼμ dicitur pro Hebr. סָלוּא *aeſtimatus*, vel *elatus*, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 418. eſtque nomen patris Zimri, coll. Num. 25, 14.

Cum terminatione foemin. dicitur

Σαλώμη, nomen vxoris Zebedaei, Marc. 15, 40. c. 16, 1. quod tamen HILLERO eſt ab Hebr. שִׁלְמִי *retributio* (Dei), quomodo vid. *Onom. V. T.* p. 91.

Σαλωμὼν, Hebr. שְׁלֹמֹה *tranquillitas magna, pax exoptata:* (*Onom. V. T.* p. 356.) rex ſapientiſſimus, filius Dauidis, Sir. 47, 13. 23. 2 Macc. 2, 10. 12. Eſr. 1, 3. 5.

In N. T. ſemper ſcribitur

Σολομὼν, Matth. 1, 6. c. 6, 29. c. 12, 42. Luc. 11, 31. Act. 3, 11. etc.

Σαμχίας, nomen ſacerdotis primarii, Eſr. 1, 9. Hebr. שְׁמַעְיָה *exaudiuit Dominus:* (*Onom. V. T.* p. 546.) coll. 2 Chron. 35, 9.

Σαμαῖος, nomen viri, Eſr. 9, 21. ſimiliter ex Hebr. שְׁמַעְיָה, coll. Eſr. Canon. c. 10, 21.

Σαμανασσάρος, Eſr. 2, 12. 15. corrupte pro Σαλμανασσάρος, Hebr. שַׁלְמַנְאֶסֶר, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 480.

Σαμάρεια, *Samaria*, vrbs Palaeſtinae, Iudith. 1, 9. Sir. 50, 26. 1 Macc. 3, 10. Eſr. 2, 16. 25. Luc. 17, 11. Ioh. 4, 4. Act. 1, 8. etc. quae in V. T. שֹׁמְרוֹן, Chald. שָׁמְרַיִן, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 349.

Inde eſt *Gentile*

Σαμαρείτης, (contract. pro Σαμαρειίτης,) *Samarita*, Matth. 10, 5. Luc. 9, 52. c. 10, 33. etc. Foemininum eſt

Σαμαρεῖτις, *Samaritis*, *Samaritana*, 1) regio *Samaritanorum*, ſubaudito χώρα, 1 Macc. 10, 30. c. 11, 28. 34. 2) mulier *Samaritana*, Ioh. 4, 9.

Σαμέλλιος, nomen Scribae Samaritani, Eſr. 2, 16. 17. 25. 30. corruptum ex Hebr. שִׁמְשַׁי, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 561. coll. Eſr. Canon. c. 4, 8. 17.

Σαμίας, nomen viri, Eſr. 8, 54. corruptum ex Hebr. חֲשַׁבְיָה, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 531. coll. Eſr. Canon. c. 8, 24.

Σάμος,

Digitized by Google

Σάμος, *Samus*, inſula maris Ionii, 1 Macc. 15, 23. Act. 20, 15. ſic dicta à *ſitu altiori:* Σάμοι enim, teſtibus STRABONE, EVSTATHIO et CONSTANTINO *Porphyrogeneta* apud BOCHARTVM in *Canaan* L. I. c. 8. *loca celſa* vocabantur, ſcil. ab Arab. سما *altus fuit*, vnde et Hebr. שָׁמַיִם *coelum.* Fuit enim ὅλη ὀρεινή, vt auctor eſt idem STRABO L. XIV. (o)

Inde compoſitum eſt

Σαμοθράκη, *Samothrace*, inſula maris Aegaei, Act. 16, 11. quae et *Samothracia*, q. d. *Thracia Samos*, vt eam HOMERVS *Iliad.* V. 13. et DIONYSIVS *Perieg.* v. 524. vocant, idque diſtinctionis cauſa, vt EVSTATHIO ad DIONYSIVM l. c. videtur, vel à colonis *Thracibus*, vid. DIODORVS *Siculus* L. V. c. 47. ſeq. et de eius *altitudine* BOCHARTVS l. c.

Σαμουήλ, Hebr. שְׁמוּאֵל *exauditio Dei:* (*Onom. V. T.* p. 510.) propheta, filius Elkanae, Sir. 46, 13. Act. 3, 24. c. 13, 20. Hebr. 11, 32.

Σάμψαμα, vel, vt alii legunt, Σάμψακα, corruptum nomen, 1 Macc. 15, 23. IVNIVS et GROTIVS Λάμψακος corrigunt. Quid? ſi legatur Σάμψατα, vulgo *Samoſata*, quae fuit vrbs Syriae, Commagenes caput et regia quondam ſedes, à cultu *ſolis* ſic dicta, coll. Hebr. שֶׁמֶשׁ *ſol.*

Σαμψών, Hebr. שִׁמְשׁוֹן *ſol eximius:* (*Onom. V. T.* p. 349.) filius Manoae, iudex Iſraelitarum, Hebr. 11, 32. Terminatio *on* eſt *augmentatiua*, non ex שֶׁמֶשׁ אוֹן, h. e. *ſol fortitudinis*, vt vult I. A. FABRICIVS ad PHILASTRIVM p. 21. Ad nominis rationem conf. Cant. 6, 9. Sir. 50, 7. Sic Achillem et Neoptolemum cum *ſole* comparat QVINTVS *Calab.* II. 207. VIII. 28.

Σάναα, nomen vrbis, Eſr. 5, 23. Hebr. סְנָאָה, i. e. *ſublimis, illuſtris*, vid. *Onom. V. T.* p. 101.

Σαούλ, Hebr. שָׁאוּל *expetitus, exoratus:* (*Onom. V. T.* p. 418.) fuit 1) primus rex Iſraëlitarum, filius Kiſi, 1 Macc. 4, 30. Act. 13, 21.

2) Apo-

(o) MVLLERVS in *Itinerar. Orient.* p. 328. Samos hat gegen Norden und Weſten hohes Gebürg und Steinfelſen, auch groſſe Wälder, et STOCHOVIVS p. 213. *Le terreur en eſt ſterile, eſtant rempli de hautes montagnes.*

Digitized by Google

2) Apoſtolus, qui poſtea *Paulus*, Act. 9, 4. c. 22, 7. 13. c. 26, 14. et cum terminatione Graeca

Σαῦλος, Act. 7, 58. c. 8, 1. c. 9, 1. c. 13, 1. etc.

Σάπφειρα, vxor Ananiae, Act. 5, 1. à Chald. et Syr. שַׁפִּירָא *pulchra;* aliis ab Hebr. סַפִּיר *ſapphirus:* quomodo conf. *Onom. V. T.* p. 198. not. (r).

Σαραίας, nomen viri, Eſr. 5, 5. Hebr. שְׂרָיָה, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 547.

Σαραμὲλ, pro quo Vulgatus habet *Aſaramel*, corruptum ex Hebr חֲצַר מִלּוֹא vel potius חֲצַר הַמִּלּוֹא *atrium Millo*, 1 Macc. 14 25. De *Millo* ad montem Zion vid. *Onom. V. T.* p. 272. Ibi conuentus publicos haberi conſueniſſe, notat KIMCHIVS ad 1 Reg. 9, 24.

Σαρασαδαί, Hebr. שָׂרָה שַׁדַּי vel שָׂרָה־שַׁדַּי *principem* i.e *liberalem ſe exhibuit Omnipotens:* nomen vnius ex maioribus Iudithae, Iudith. 8, 1. Conf. שְׂרָיָה et שָׂרַי in *Onom. V. T.* p. 547. et 562. et ſimilia Compoſita cum שַׁדַּי p. 548.

Σάρδεις, pl. (π) Lydiae quondam metropolis ad montem Tmolum, Croeſi ſedes, Apoc. 1, 11. c. 3, 1. 4. ſic dicta vel à Phoenicio סַרְדָּא, Hebr. שָׂרִד *reliquiae*, quod condita ſit à *reliquiis* gentium deletarum vel diſperſarum: quo alludere quidam volunt τὰ λοιπὰ Apoc. 3, 2. quomodo conf. שָׂרִיד in *Onom. V. T.* p. 65. vel ab Arab. شُذُر *ramenta auri*, quas ſcil. Pactolus fluuius illuc affert, interueniente metatheſi litterarum. (ϱ)

Σάρεπτα, Hebr. צָרְפַת *fuſio*, ſcil. vitri vel metallorum: (*Onom. V. T.* p. 608.) oppidum Zidoniorum, Luc. 4, 26. conf. BOCHARTI *Hieroz.* P. II. p. 886. LIGTFOOTI *Chorograph.* Lucae praemiſſ. c. 2. ſect. 1. et 3. CLERICI *Commentar.* ad Deut. 33, 19. et E. F. COBII Diſſert. de *Sarepta* ad Ioſ. 19, 29.

Σαρὸχ,

(π) Contract. ex Σάρδεες, cuius ſingularis Σάρδις apud STEPHANVM et PTOLEMAEVM occurrit. Forma autem plurali venit, quia per Pactolum in duas vel plures partes diuidebatur.

(ϱ) HERODOTVS L. I. c. 101. *Pactolus, qui* ramenta auri *ipſis ex monte Tmolo fert, per medium forum fluit;* et STRABO L. XIII. *Fluit ex Tmolo Pactolus, qui olim* ramenta auri *deferebat multa.*

Σαροὺχ, (LXX. Gen. 11, 20. habent Σερούχ,) Hebr. שְׂרוּג *connexio*, *conſtrictio*, ſcil. parentum, mutato Hebr. ג in χ, ſicut in Verbo Chald. et Syr. סְרַךְ pro Hebr. שׂרג. Fuit filius Rehu ſiue Regu, Luc. 3, 35. vid. *Onom. V. T.* p. 46.

Σάῤῥα, *princeps foemina*, Hebr. שָׂרָה, à maſc. שַׂר vel שַׂר *princeps*, à rad. שׂרר; non à שׂור vel שׂרה, vt ſenſeram in *Onom. V. T.* p. 104. ob ϱ in Graeco geminatum; quamuis LXX. habeant Σάρα, cum ſimplici ϱ. Fuit 1) vxor Abrahami, Rom. 4, 19. c. 9, 9. Hebr. 11, 11. 1 Petr. 3, 6. 2) vxor Tobiti, filia Raguelis, Tob. 3, 7, 17. c. 6, 10. etc.

Σαρωνᾶ, (σ) Hebr. שָׁרוֹן, pro יְשָׁרוֹן, h. e. *planities magna:* nomen tractus ſiue *planitiei* in vicinia Lyddae, Act. 9, 35. vid. *Onom. V. T.* p. 349. et conf. ſupra Sect. I. §. 6. not. (b)

Σατᾶν, 2 Cor. 12, 7. et cum terminatione Graeca

Σατανᾶς, Hebr. שָׂטָן, Syr. ܣܛܢܐ, in genere *aduerſarius:* quo ſenſu Chriſtus Petrum *Satanam* vocauit, Matth. 16, 23. in ſpecie id nominis tribuitur diabolo, Dei et piorum *aduerſario*, Matth. 4, 10. Marc. 1, 13. etc.

Σαῦλος, vid. ſupra ſub Σαούλ.

Σαφὰτ, nomen viri, Eſr. 5, 9. corruptum ex Hebr. שְׁפַטְיָה, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 547. coll. Eſr. Canon. c. 2, 4.

Σαχερδονὲς, per metatheſin pro Σαρχεδονὸς, Chald. אֲסַר חַדּוֹן h. e. *princeps poteſtatis magnae:* (*Onom. V. T.* p. 570.) nomen regis Aſſyriae, Tob. 1, 21. 22.

Σεδεκίας, Hebr. צִדְקִיָּה *iuſtitia Domini:* (*Onom. V. T.* p. 543.) fuit 1) filius Ioſiae, rex Iudae, Baruch. 1, 8. Eſr. 1, 45. 2) filius Aſadiae, Baruch. 1, 1.

Σειρὰχ, pater Ieſu, auctoris libri, *Eccleſiaſtici* nomine inſcripti, Sir. 50, 27. quem Hebraei vocant בֶּן סִירָא, Syri בַּר סִירָא et בַּר אַסִּירָא, conf. I. A. FABRICII *Biblioth. Graec.* L. III. c. 19. vnde

(σ) Lectionem Σάρωνα, quam quidam codices habent, vel ſolus Accentus refellit, qui in Nominibus eiusmodi, origine Hebraicis, terminationi ων tribui ſolet.

vnde Σειρὰχ vel Σιρὰχ dictus videri queat ab אֲסִיר *captiuus*, addito כ *formatiuo* ex Chaldaiſmo, quale eſt in Chaldaicis אַרְיוֹךְ, נְסְרוֹךְ, חַדְרַךְ etc.

Σεκοῦνδος, Lat. *Secundus*, ordine ſcil. natiuitatis: comes Pauli, Act. 20, 4. Eundem eſſe cum *Iaſone*, Act. 17, 5. Rom. 16, 21. coniicit BVRMANNVS in *Exercitat. Academ.* P. II. §. 63.

Σέλευκος, *nitore candidus*, ex σέλας *ſplendor, nitor*, et λευκὸς *albus, candidus*; vel eiusdem ſignificationis eſt cum Ζάλευκος h. e. *valde candidus*, ſimili Nomine *Proprio*, quod fortaſſis Macedones vel Syri pronunciarunt Σέλευκος: fuit enim *Seleucus* ille rex *Syriae*, pater Demetrii, gente *Macedo*, 1 Macc. 7, 1. 2 Macc. 3, 3. c. 4, 7. c. 5, 18. etc.

Ab eo nomen accepit

Σελεύκεια, *Seleucia*, vrbs Syriae, à *Seleuco* inſtaurata et amplificata, 1 Macc. 11, 8. Act. 13, 4. conf. EVSTATHIVS ad DIONYSIVM *Perieg.* v. 918.

Σεμεΐ, Hebr. שִׁמְעִי *exauditio* (Domini), vid. *Onom. V. T.* p. 154.) 1) quidam ex maioribus Chriſti, filius Ioſephi, Luc. 3, 26. 2) pater Ananiae et Ionathanis, Tob. 5, 13. 3) alius, Eſr. 9, 33.

Cum terminatione Graeca eſt

Σεμεΐς, nomen Leuitae, Eſr. 9, 23.

Σενναχηρὶμ, pro Σενναχηρὶβ, Chald. סַנְחֵרִיב *hoſtis* ſiue *hoſtium deuaſtatio*, (*Onom. V. T.* p. 674.) permutatis *b* et *m*: nomen regis Aſſyriae, Tob. 1, 15. 18. Sir. 48, 18. 2 Macc. 8, 19. c. 15, 22.

Σέργιος, Lat. *Sergius*, HILLERO pro *Serigius*, à *ſero* et *ago*, q. d. *qui ſero agit*; ſicut *remigius*, *qui remum agit*, *litigium* ex *lis* et *ago*, *prodigium* ex *pro* et *ago* etc. Poſſet quoque deriuari à Graeco σεργὸς, *ceruus*, (apud HESYCH.) q. d. *Ceruarius*, quod ipſum quoque inter Nomina *Propr.* occurrit.

Σέργιος Παῦλος, *Sergius Paulus*, fuit proconſul Paphi, à Paulo conuerſus, Act. 13, 7.

Σέφηλα, h. e. שְׁפֵלָה *planities*: eadem putatur cum *valle Rephaim* ſiue *gigantum*, 1 Macc. 12, 38.

Σὴθ,

Σὴθ, Hebr. שֵׁת *repoſitio*, i. e. *compenſatio:* (*Onom. V. T.* p.228.) filius Adami, Sir. 49,16. Luc. 3, 38.

Σὴμ, Hebr. שֵׁם *nomen:* (*Onom. V. T.* p. 207.) filius Noachi, Sir. 49, 16. Luc. 3, 36.

Σήρων, i. e. *qui ore aperto eſt et bianti, ita vt ridere videatur*, ab inuſit. σήρω *bio, ſum ore aperto*, vnde praet. med. σέσηρα et Deriuatum Appellat. σήραγξ *rima, biatus terrae:* nomen ducis exercitus Syrorum, 1 Macc. 3, 13. *Graecae* eſſe originis, Accentus arguit.

Σίδη, vrbs Pamphyliae, 1 Macc. 15, 23. ſic dicta vel à σίδη, quod Boeotis *malum punicum* notauit, vnde et *Side* vrbs vicinae Cappadociae nomen accepit, qua de re vid. BOCHARTI *Phaleg* L. IV. c. 32. et conf. Hebr. רִמּוֹן in *Onom. V. T.* p. 347. vel ſi ſit peregrinum, deſcendit à Phoenic. צֵידָא *piſcatio:* fuit enim vrbs *maritima.*

Σιδὼν, Hebr. צִידוֹן i. e. *praeda ampla:* (*Onom. V. T.* p.344.) filius Canaanis, et vrbs Phoenices ab eo condita, cuius mentio fit Iudith. 2, 28. 1 Macc. 5, 15. Matth. 11, 21. 22. Marc. 3, 8. Luc. 4, 26. Act. 27, 3. etc. *Gentile* eſt

Σιδώνιος, *Sidonius*, Eſr. 5, 55. Act. 12, 20.

Σίκιμα, vid. infra Συχέμ.

Σικυὼν, *Sicyon*, vrbs Peloponneſi, 1 Macc. 15, 23. i. e. *cucumerarium* vel *locus cucurbitis abundans:* ſic certe vt Nomen Περιεκτικὸν à σίκυος *cucumis*, vel σικύα *cucurbita*, exponit EVSTATHIVS ad HOM. *Iliad.* II. 571. et XXIII. 299. (τ) Sed ab Hebr. שָׁקָה, *irrigari*, deriuat HILLERVS: quia Nemea et Aeſopus fluuii eius agros *irrigant.* (υ)

(τ) Nomina ſcil. Deriuata in ὼν, rarius in εὼν vel ιὼν, (quod Atticiſmo vel Ioniſmo tribuunt,) *Copiam* quandam, *Congeriem* ſiue *Complexum* plurium denotant, indeque Grammaticis vocatur *Collectiua* ſiue *Comprehenſiua*, Graec. Περιεκτικὰ, orta ab Hebraeorum *Comprehenſiuis* in וֹם: e. g. ἀμπελὼν, ἐλαιὼν, κοιτὼν, νυμφὼν, πυλὼν, poëtice πυλεὼν, (h. e. *atrium*, vbi ſunt πύλαι, *portae domus*,) etc. conf. ERASM. SCHMIDIVS ad Matth. 9, 15. et *Grammat. Graec. March.* p. 394.

(υ) SPONIVS in *Itinerar.* P. II. p. 58. (verſion. German.) Ehe man anfängt hinaufzuſteigen, muß man über einen Berg, der meines Erachtens der alte Aeſopus iſt, zwiſchen welchem und Corintho es noch 2 andere giebt, die das an Olivenbäumen fruchtbare ebene Land befeuchten.

Σίλας, nomen doctoris eccleſiae, Act. 15, 22. 27. c. 16, 19. c. 17, 4. etc. Decurtatum putatur ex

Σιλουανὸς, Lat. *Siluanus*, i. e. *in ſilua natus*, altero illius nomine, 2 Cor. 1, 19. 1 Theſſ. 1, 1. 2 Theſſ. 1, 1. 1 Petr. 5, 12. Quidam tamen Σίλας deducunt ab Hebr. שָׁלָשׁ vel שְׁלוֹשׁ *tertius*, et *Silam* eundem eſſe putant cum *Tertio*, cuius mentio fit Rom. 16, 22. Conf. BVRMANNVS in *Exercit. Academ.* P. II. §. 63. BRAVNIVS in *Selectis S.* p. 33. IAC. LENFANT in *Annotat. ad N. T.* Tom. II. p. 84. etc.

Σιλωάμ, nomen piſcinae Hieroſolymitanae, Luc. 13, 4. Ioh. 9, 7. 11. Hebr. שִׁלוֹחַ h. e. *emiſſarium*, Ieſ. 8, 6. (vid. *Onom. V. T.* p. 273.) quod LXX. exprimunt per Σιλωάμ, quos et Euangeliſtae ſequuntur. Explicatio autem Iohannis l. c. per ἀπεσταλμένος non tam vocis interpretatio Grammatica, quam nuda alluſio eſt ad rad. Hebr. שלח *miſit*.

Σίμων, vid. infra Συμεών.

Σινὰ, mons Arabiae, Hebr. סִינַי i. e. *rubus Domini*, (*Onom. V. T.* p. 559.) Iudith. 5, 14. Sir. 48, 7. Sed in N. T. ſcribitur Σινᾶ, Act. 7, 30. 38. Gal. 4, 24. 25. Conf. OL. CELSII et P. BERGERI Diſſert. de *monte Sinai*.

Σιουὰν, menſis Hebraeorum, Maio noſtro ex parte reſpondens, Baruch. 1, 8. (vbi quidam codices vitioſe habent Σειουὰλ vel Σιουὰλ,) Hebr. סִיוָן pro סְוָן, à סוה Chald. *laetari*, vid. *Arcan. Form. Hebr.* p. 569.

Σισίννης, nomen praefecti regii, Eſr. 6, 3. 7. 26. corruptum ex תַּתְּנַי h. e. *donum*, (vid. *Onom. V. T.* p. 593.) coll. Eſr. Canon. c. 5, 3. c. 6, 6.

Σιών, Hebr. צִיּוֹן *valde aridus*: (*Onom. V. T.* p. 344.) collis Hieroſolymae, per Synecdochen pro tota vrbe et porro per Metonymiam pro eius incolis ſumitur, Iudith. 9, 13. Sir. 24, 10. 1 Macc. 4, 37. Matth. 21, 5. Ioh. 12, 15. Rom. 9, 33. etc.

Σκευᾶς, h. e. סְכָוָא vel סִכְוָא *exſpectatio*, *ſpes*, ſcil. parentum, à סכא Chald. et Syr. *ſpectauit*: *exſpectauit*, *ſperauit*. Tertia radicalis

Digitized by Google

lis mutatur in *Vau*, ſicut in Deriuato Hebr. שֶׂכְוִי Hiob. 38, 36. etc. Nomen fuit principis familiae ſacerdotalis, Act. 19, 14.

Σκύθης, *Scytha*, 2 Macc. 4, 47. Col. 3, 11. varie deriuatur. Sunt, qui *Getas*, *Gothos* et *Scythas* eosdem eſſe volunt, praepoſito ſolo *S* in *Scytha*. (φ) LIGTFOOTVS in *Chorograph.* Iohannis c. 1. §. 4. *Scythas* dictos vult ab Hebr. סֻכּוֹת *tuguria*, *tabernacula:* quod habitarent et migrarent à loco in locum in *tabernaculis*. HILLERVS deducit à *Saca*, addita terminatione barbara *tha*, q. d. *Secatha: Scythas* enim à Perſis vocari *Sacas*, teſtantur HERODOTVS, PLINIVS, SOLINVS et HESYCHIVS, conf. de *Sacis* HENR. à SEELEN ad BVRTONI Λείψανα *ling. Perſ.* p. 75. ſeq. Sed plurimi nomen illorum deriuant à Germanico ſchieſſen, Belgis *ſchieten*, veteribus *ſcytan*, vnde *ſcytta* in lingua Anglo-ſaxonica, nobis Schütze, *ſagittarius*. Plurima huius originis vocabula in linguis, è Scythica oriundis, ſupereſſe, oſtendunt THEOPH. SIGFR. BAYERVS de *origine et antiquis ſedibus Scytharum*, in *Commentariis Academiae Scient. Petropolit.* T. I. p. 385. ſeq. et WACHTERVS in *Gloſſario German.* ſub voc. Schieſſen, et in Praefat. §. 11. Conuenit et ipſum Hebr. קֶשֶׁת *arcus*, et קַשָּׁת *ſagittarius*, interueniente metatheſi litterarum; ſicut alia metatheſi indidem fit Graec. τόξον et Lat. *ſagitta*. *Scythae* enim *ſagittandi* arte imprimis valuerunt: vnde σκυθοτοξότης de *illius artis peritiſſimo* dicitur; et Σκύθαι atque τοξόται apud ARISTOPHANEM in *Theſmophor.* et *Lyſiſtrat.* et apud POLLVCEM in *Onomaſt.* L. VIII. c. 10. ſunt ſynonyma. Hanc ſententiam pluribus adornauit THEOD. HASAEVS in *Bibliotb. Brem.* Claſſ. V. p. 287. ſeq. Alii demum aliter.

A *Scythis* nomen accepiſſe creditur

(φ) Eiusmodi *S* plurimis vocibus praeponitur: cuius rei exempla vid. in *Arcano Form. Hebr.* p. 671. not. (e), apud CRENIVM in *Muſeo Philolog.* P. I. p. 338. et 381. et PEISKERVM in Indice de *vernaculae et rerum Germanicarum ſignificatione* p. 196. exempla autem in Nominibus *Propr.* afferunt VOSSIVS ad IVSTIN. L. XV. c. 4. et CASAVBONVS ad STRAB. L. I. p. 50.

Σκυθῶν πόλις, *Scythopolis*, alias *Bethſean*, Iudith. 3, 10. 2 Macc. 12, 29. Tempore enim Ioſiae *Scythas*, duce Madye, in Aſiam irrupiſſe et ad Aegypti vsque fines penetraſſe, refert HERODOTVS L. I. c. 29. quo tempore fortaſſis etiam Bethſeanem occuparunt ibique ſedem fixerunt. Sed ab Hebr. סְכוּת, nomine loci in vicinia Bethſeanis, illud nomen deducit RELANDVS in *Palaeſt.* p. 992. q. d. *Sycothopolis*; denique ab Hebr. שְׁמָה deriuant BOCHARTVS in *Hieroz.* P. I. L. II. c. 31. et THEOD. HASAEVS in *Sylloge Diſſertat.* p. 277. Conſ. LIGTFOOTI *Centur. Chorograph.* Matthaeo praemiſſ. c. 60.

Inde eſt *Gentile*

Σκυθοπολίτης, *Scythopolita*, 2 Macc. 12, 30.

Σμύρνα, vrbs Ioniae, Apoc. 1, 11. antiquitus *Samorna*, ab Amazone *Smyrna*, quae eam inſtaurauit et amplificauit, nomen adepta. Amazonis illius imaginem non ſolum in nummis, ſed etiam in marmore, hodienum Smyrnae ſuperſtite, conſpici, teſtantur SPONIVS in *Itinerar.* L. I. p. 62. et RICAUT in *Hiſtoire de l'Etat preſent de l'Egliſe Grecque* p. 34. Niſi potius vrbs *Smyrna* vel *Samorna* dicta ſit à צמר Chald. *caluit*, et נוח *habitauit*, q. d. *habitatio calida*, ob *calorem* fere intolerabilem, de quo MYLLERVS in *Itinerar.* p. 464. Graeci enim vbique heroum et heroinarum nomina fingebant, vt ciuitatum origines auguſtiores et nobiliores facerent: quam illorum vanitatem merito taxat PALMERIVS in *Exercitat. ad Auctores Graecos* p. 8. et 331.

Inde eſt *Gentile*

Σμυρναῖος, *Smyrnaeus*, Apoc. 2, 8.

Σόδομα pl. Hebr. סְדוֹם *roris* ſiue *aquae copia*, coll. Gen. 13, 10. vid. *Onom. V. T.* p. 363. nomen vrbis igne coelitus deletae, Matth. 10, 5. Marc. 6, 11. Rom. 9, 29. 2 Petr. 2, 6. etc. Senſum *myſticum* habet Apoc. 11, 8.

Inde eſt *Gentile*

Σοδομίτης, *Sodomita*, 3 Macc. 1, 5.

Σολομών, vid. ſupra Σαλωμών.

Σούδ,

Σοὺδ, i. e. *effuſio*, ſcil. aquae, à rad. Chald. et Syr. שׁוּד, alias שׁדא, *effundere:* nomen fluuii Babyloniae, Baruch. 1, 4. GROTIVS eum ponit inter Euphratem et Tigrim, vbi vrbs *Soita.*

Σοῦρ, Hebr. שׁוּר *murus*, i. e. *propugnaculum*, *praeſidium*, vt Graec. τεῖχος, vid. *Onom. V. T.* p. 51. Vrbs Syriae ad Euphratem, Iudith. 2, 28. quae Syris שׁוּרָא, PTOLEMAEO *Sura*, PROCOPIO *Surorum oppidum* etc.

Σουσάννα, *lilium*, vt Hebr. שׁוּשַׁן et שׁוֹשַׁנָּה, h. e. *aeque pulchra et ſuauis ac lilium:* nomen mulieris, Luc. 8, 3.

Eiusdem ſignificationis eſt

Σωσάννα, ſimile nomen mulieris, in Hiſtor. Suſannae v. 2. 7. 22. 24. 27. 31. etc. Ad nominis rationem conf. *Onom. V. T.* p. 330. not. (x) et PASCHALIVS de *Coronis* L. III. c. 8.

Σουφεὶρ, Sir. 7, 18. corruptum ex Hebr. אוֹפִיר, nomine regionis, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 412. Sic quoque LXX. pro אוֹפִיר poſuerunt Σουφεὶρ ſiue Σουφὶρ Ieſ. 13, 12. et Σωφὶρ 1 Reg. 9, 28. Hiob. 28, 16. etiam HESYCHIVS habet Σουφεὶρ. Conf. DRVSII *Obſeruat.* L. II. c. 9.

Σπανία, vel, vt alii codices habent, Ἱσπανία, regio Europae, 1 Macc. 8, 3. Rom. 15, 24. 28. ſec. BOCHARTVM in *Phaleg* L. III. c. 7. et in *Hieroz.* P. I. L. III. c. 33. dicta à שְׁפַנִּים, *cuniculis*, quibus maxime abundat; ſed HILLERVS in *Onom. S.* p. 339. et 835. et in *Syntagm. Hermeneut.* p. 146. deriuat à Celtico ſiue Germanico Span h. e. *ſocius*, quod tamen *ſocium* notare negat WACHTERVS in *Gloſſar.* in voc. Geſpan et *Spanien.*

Σπάρτη, vrbs Peloponneſi, quae alias *Lacedaemon*, 1 Macc. 14, 16. q. d. σπαρτὴ *ſparſa, diſperſa*, (retracto Accentu, ſec. Sect. I. §. 2.) quia eam Lelaeges *diſperſi* primum habitarunt; vel à *Spartis*, Cadmi ſociis, vid. ſupra Λακεδαιμόνιος, et conf. MEVRSII *Miſcellan. Lacon.* L. IV. c. 10.

Inde eſt *Gentile*

Σπαρτιάτης, *Spartanus*, 1 Macc. 12, 2. 5. 6. c. 14, 20.

Στάχυς h. e. *ſpica:* nomen viri, Rom. 16, 9. *Spica* ſymbolum

eſt

eſt *fertilitatis*, conf. PASCHALIVS de *Coronis* L. VII. c. 15. Potuit et id nominis exinde accepiſſe, quod tempore *frugum ſpicatarum* natus eſſet, vid. *Onom. V. T.* p. 87.

Στέφανος, *corona*, i. e. *decus* vel *praemium* parentum: nomen protomartyris N. T. Act. 6, 5. c. 7, 59. c. 8, 2. c. 22, 20. etc. Conf. עֲטָרָה in *Onom. V. T.* p. 115.

Aliud eſt

Στεφανᾶς, nomen viri Corinthii, 1 Cor. 1, 16. c. 16, 15. 17. decurtatum ex Στεφάνιος vel Στεφανίων. Certe *Stephanio* nomen viri eſt apud PLINIVM.

Στωϊκὸς, pl. Στωϊκοὶ, *Stoici*, aſſeclae Zenonis philoſophi, qui ἐν ϛοᾷ, *in porticu* Athenarum docebat, Act. 17, 18. Scribitur autem Στωϊκοὶ per ω, ſicut Compoſ. πρόϛωον *porticûs veſtibulum*, et ſicut περίϛοον dicitur atque περίϛωον *locus ſeptus columnis.*

Συῆλος, ſacerdos quidam primarius, Eſr. 1, 8. corrupt. ex Hebr. יְחִיאֵל, coll. 2 Chron. 35, 8.

Συμεὼν, pro Σιμεὼν, (χ) ab Hebr. שִׁמְעוֹן *exauditio exoptata* ſiue *gratioſa*: (*Onom. V. T.* p. 348.) fuit 1) filius Iacobi patriarchae, Iudith. 6, 15. c. 9, 2. Apoc. 7, 7. 2) quidam ex maioribus Chriſti, Luc. 3, 30. 3) ſenex ille, qui Chriſtum infantem vlnis excepit, Luc. 2, 25. 34. 4) doctor eccleſiae, cognomine *Niger*, Act. 13, 1. 5) pater Iohannis cuiusdam, auus Mattathiae, 1 Macc. 2, 1. 6) filius illius Mattathiae, 1 Macc. 2, 65. qui alias Σίμων vocatur, c. 2, 3. c. 5, 17. etc. 7) Apoſtolus, cognomine *Petrus*, Act. 15, 14. 2 Petr. 1, 1. qui ſimiliter Σίμων, (ψ) Matth. 4, 18. Marc. 1, 16. etc.

Alias Σίμων fuit 1) ſacerdos ſummus, filius Oniae, Sir. 50, 1. 2) Beniaminita, proditor templi, 2 Macc. 3, 4. c. 4, 1. 3) cognatus Chri-

---

(χ) Veteres ſaepiſſime ι et υ permutaſſe, pluribus oſtendit IOH. ROD. WETSTENIVS pro *genuina linguae Graecae pronunciatione* Orat. VIII. p. 167. 168.

(ψ) Pater hinc, Σίμων et Συμεὼν apud Hebraeos eadem fuiſſe Nomina *Propr.* quorum prius quidam deducunt à σιμὸς, *ſimus*, vt SALMASIVS in *Offileg. ling. Helleniſt.* p. 383. BVRMANNVS in *Exercitat. Academ.* P. II. §. 53. etc. quorum ſententiae fauere videtur Accentus in penultima, et quod idem nomen etiam apud Profanos vſitatum fuerit. Potius tamen de illo valere puto, quae Sect. I. §. 10. adducta ſunt.

Chriſti, Matth. 13, 55. Marc. 6, 3. 4) Phariſaeus, quondam lepro-ſus, Matth. 26, 6. Marc. 14, 3. Luc. 7, 40. 5) vir Cyrenaeus, pater Alexandri et Rufi, Matth. 27, 32. Marc. 15, 21. Luc. 23, 26. 6) pater Iudae Iſcariotae, Ioh. 6, 71. c. 12, 4. c. 13, 2. 7) magus quidam, Act. 8, 9. 13. 18. 8) coriarius Ioppenſis, Act. 9, 43. c. 10, 5. 9) Apoſtolus, cognomine *Cananites* et *Zelotes*, Matth. 10, 4. Marc. 3, 18. Luc. 6, 15. 10) alius Apoſtolus, filius Ionae, cognomine *Kephas* vel *Petrus*, Matth. 4, 18. c. 10, 2. Marc. 1, 16. Luc. 6, 14. Ioh. 1, 43. qui et Συμεὼν, vid. antea. 11) filius Mattathiae, 1 Macc. 2, 3. c. 5, 17. c. 9, 19. 2 Macc. 8, 22. qui ſimiliter alias Συμεὼν, vt modo dictum. 12) alius, Eſr. 9, 32.

Συντύχη, *felix*, *fortunata*, q. d. σὺν τύχῃ, Hebr. בְּגָד ſec. Kethib Gen. 30, 11. h. e. *cum fortuna*, vt quidam interpretantur: nomen foeminae Philippenſis, Phil. 4, 2.

Συράκουσαι, *Syracuſae*, vrbs Siciliae, Act. 28, 12. ſic dicta, iuxta FVLLERI coniecturam in *Miſcell. S.* L. IV. c. 10. ex Punico צור כסיא *Tyrus occulta*; potius, teſte MARCIANO *Heracleota*, à palude vicina Συρακὼ, cuius nomen BOCHARTVS in *Canaan* L. I. c. 28. deriuat ab Hebr. סרח *foetuit*.

Σύρος, *Syrus*, Luc. 4, 27. vnde

Συρία, *Syria*, regio Aſiae, Iudith. 1, 12. 1 Macc. 3, 13. 2 Macc. 3, 5. Eſr. 2, 25. 27. Matth. 4, 24. Luc. 2, 2. Act. 15, 23. Gal. 1, 21. etc. ab Hebr. אַשּׁוּר, filio Semi, per Aphaereſin: *Syri* enim et *Aſſyrii* à Profanis ſaepius confunduntur; vel ab vrbe Syriae *Sur*, de qua ſupra; aliis denique à צור h. e. *Tyrus*. Sed

Κοίλη Συρία, *Coeleſyria*, h. e. *Caua Syria:* pars eſt *Syriae*, inter Libanum et Antilibanum ſita, Eſr. 2, 17. 24. 27. c. 4, 48. c. 6, 28. c. 7, 1. in V. T. *Aram Zoba*, vid. *Onom. V. T.* p. 236.

Συροφοίνιξ, vnde foemin.

Συροφοίνισσα, h. e. *mulier Syra ex Phoenice*, *Syriae* regione, *oriunda*, Marc. 7, 26.

Συχὲμ, Hebr. שְׁכֶם i. e. *munus, portio:* (*Onom. V. T.* p. 201.)

T nomen

nomen 1) filii Hemoris, Act. 7, 16. 2) oppidi Samaritidis ad montem Garizim, Iudith. 5, 16. Act. 7, 16. alias

Σίκιμα plur. Sir. 50, 26. Sed Ioh. 4, 5. vocatur

Συχὰρ, quod HIERONYMVS in *Epitaphio Paulae* et in *Quaeſtion. Hebr. in Geneſin* corruptum putat ex Συχὲμ; ſed alii, vt RELANDVS in *Diſſertat. Miſcell.* P. I. p. 140. ſeq. potius à Iudaeis ſic dictam volunt per Paronomaſian quandam *ignominioſam*, ipſis perquam familiarem, vid. *Onom. V. T.* p. 180. not. (c) et conf. SPENCERVS de *Legibus Hebr. ritual.* L. II. c. 22. ſect. 6. alludendo ad שֶׁקֶר *mendacium, falſum*, quo nomine Iudaei Samaritanorum religionem habebant. Conf. LIGTFOOTI *Disquiſit. Chorograph.* Iohanni praemiſſ. c. 4. §. 4. et CELLARII *Collectan. Samarit.* c. 1. §. 15.

Σώπατρος, vid. ſtatim Σωσίπατρος.

Σωσάννα, vid. ſupra ſub Σεσάννα.

Σωσθένης, (retracto Accentu pro Σωσθενὴς,) i. e. *ſaluus et integer viribus*, ex σόος, contract. σῶς, *ſaluus, integer, incolumis*, et σθένος *robur, vires*; ſicut in *Appellatiuis* σώφρων *cui mens ſalua eſt, mentis compos, prudens.* Fuit praefectus Synagogae, Chriſtianiſmum amplexus, Act. 18, 17. 1 Cor. 1, 1.

Σωσίπατρος, i. e. *ſeruans patrem, ſeruator patris*, quod conferunt cum Hebr. אֲבִישׁוּעַ: nomen 1) ducis exercitus Iudaeorum, 2 Macc. 12, 19. 24. 2) viri Beroeenſis, comitis Pauli, Rom. 16, 21. qui per Syncopen vocatur

Σώπατρος, Act. 20, 4.

Σώςρατος, pro Σωσίςρατος, *ſeruator* ſiue *tutor exercitus:* nomen praefecti praeſidii, 2 Macc. 4, 27. 29. Sic in *Appellatiuis* σωσίπολις eſt *conſeruator vrbis*, σωσίοικος *conſeruans domum*, etc.

T.

Ταβέλιος, nomen praefecti regis Perſarum, Eſr. 2, 16. formatum ab Hebr. טָבְאֵל h. e. *bonum ſe exhibuit Deus*, (*Onom. V. T.* p. 479.) coll. Eſr. Canon. c. 4, 7.

Ταβιθὰ,

Ταβιθὰ, Chald. et Syr. טַבְיְתָא, ab Hebr. צְבִי: nomen ſoeminae piae, Act. 9, 36. 40. quod Graece explicatur Δορκὰς, *caprea*, v. 36. 39. Ad nominis rationem conf. צְבִיָּה in *Onom. V. T.* p. 403. IOH. FABRICII *Specimen Arab.* p. 92. et 114. et LA ROCQUE de *moribus Arabum* c. 17.

Τάνις, Hebr. צֹעַן i. e. *migratio:* (*Onom. V. T.* p. 197.) vrbs regia Aegypti, Iudith. 1, 10.

Ταρσὸς, *Tarſus*, metropolis Ciliciae, patria Pauli, Turcis *Terſis*, Act. 9, 30. c. 11, 25. c. 22, 3. quam vulgo ſic dictam volunt à *Tarſchiſch*, filio Iauanis, vid. BOCHARTI *Canaan* L. I. c. 5. Poſſet et eius nomen idem haberi cum Hebr. תִּרְצָה, ſimili vrbis nomine, ab *oblectatione et iucunditate*, (ω) quae IOSEPHO Θάρση, τοῖς LXX. Θερσὰ, Syr. ܛܪܙܘ (*Tharzo*), Arab. تَرْصَا *Tarza* ſiue *Tarſa*; vel ſic dicta eſt, vt ipſa *Cilicia*, à *lapidibus lacuibus*, Chald. טַרְסִין vel טַרְשִׁין.

Inde eſt *Gentile*

Ταρσεὺς, *Tarſenſis*, 2 Macc. 4, 30. Act. 9, 11. c. 21, 39.

Ταφνὰς, (LXX. ſcribunt Τάφνας,) vrbs Aegypti, Iudith. 1, 9. quae Hebr. vocatur תַּחְפַּנְחֵס i. e. *aeterna*, vid. *Onom. V. T.* p. 603. ibique *Addenda*.

Τέρτιος, Lat. *Tertius*, ſcil. ordine natiuitatis: nomen viri, Rom. 16, 22. quem quidam eundem eſſe putant cum *Sila*, vid. ſupra Σίλας; ſed ipſius Pauli *Praenomen* eſſe, pluribus contendunt F. W. ROLOFFIVS in Diſſert. de *tribus Pauli nominibus*, et Celeb. FERD. STOSCHIVS de *Epiſtolis Apoſtolorum idiographis* p. 119. conf. N. D. BRIEGLEBII Diſſert. de *Tertio*, *ſcriba Epiſtolae Pauli ad Romanos.*

Τέρτυλλος, *Deminutiuum* ſiue ὑποκοριστικὸν à *Tertius*; ſicut in *Appellatiuis* ἕρπυλλος, καθαρύλλος, σκύλλος etc. vid. ſupra Μάνλιος.

T 2 Fuit

(ω) Eo reſpexiſſe videtur NONNVS *Dionyſ.* XLI. 82. vbi eam vocat Ταρσὸν τερψίμβροτον, *homines oblectantem.* De eius *amoenitate* vid. MYLLERI *Itinerar. Orient.* p. 301. et P. LVCAE *Itinerar. Aſiae Minoris* T. I. c. 37. conf. et I. G. ALTMANNI Diſſert. de *Tarſo.*

Fuit nomen rabulae, quem Iudaei contra Paulum aduocarunt, Act. 24, 1. 2.

Τεφὼ, eadem creditur eſſe cum תַּפּוּחַ, vrbe tribus Iudae, à *malis* ſic dicta, 1 Macc. 9, 50. vid. *Onom. V. T.* p. 306.

Τιβέριος, Lat. *Tiberius*, i. e. *natus iuxta Tiberim.* PROBVS in *Epitome:* Tiberii *coeperunt vocari*, *qui ad flumen* Tiberim *naſcebantur.* Claudius *Tiberius* Nero Imperator fuit Romanorum, Luc. 3, 1. Ad nominis rationem conf. *Onom. V. T.* p. 387. not. (o)

Ab eo nomen accepit

Τιβεριὰς, vrbs, ab Herode M. in *Tiberii* honorem condita, Ioh. 6, 1. 23. vid. IOSEPHVS *Antiquit. Iud.* L. XVIII. c. 3. et *de bello Iud.* L. II. c. 13. et conf. LIGFOOTI *Centur. Chorograph.* Matthaeo praemiſſ. c. 72. 73. et 81. Ab illa nomen accepit mare vicinum, Ioh. 21, 1.

Τίγρις, pro Τίγλις, permutatis λ et ρ, Chald. דִּגְלַת, Syr. ܕܶܩܠܰܬ, Arab. دِجْلَة, ab Hebr. חִדֶּקֶל h. e. *celer et velox*, vid. *Onom. V. T.* p. 440. et conf. RELANDI Diſſert. de *ſitu Paradiſi* §. 20. Eſt fluuius Aſiae notiſſimus, Tob. 6, 1. Iudith. 1, 6. Sir. 24, 25. Scriptores profani eum ſic dictum volunt à *ſagittae celeritate:* quia *Tigris* in lingua Medica vel Perſica *ſagittam* ſignificet. Longius petita eſt HILLERI deriuatio à *Gether*, Arami filio, q. d. *Githris.*

Τίμαιος, retracto Accentu pro Τιμαῖος, h. e. *honoratus*, *honorabilis*, vt Appellatiuum τίμιος: nomen viri, Marc. 10, 46.

Τιμόθεος, *venerans Deum*, *cultor Dei:* 1) dux Ammonitarum, 1 Macc. 5, 6. 11. 34. 37. 2 Macc. 8, 30. 32. etc. 2) diſcipulus Pauli, Act. 16, 1. c. 17, 14. 15. c. 18, 5. Rom. 16, 21. 1 Cor. 4, 17. 1 Tim. 1, 2. etc. Sic Διότιμος (h. e. *Iouem venerans*, *Iouis cultor*,) apud Profanos inter Nomina *Propr.* occurrit.

Τίμων, (retracto Accentu pro Τιμῶν, ex Τιμάων,) *honorans*, *venerans*, ſcil. Deum et parentes: diaconus eccleſiae Apoſtolicae, Act. 6, 5.

Τίτος,

Τίτος, (retracto Accentu pro Τιτὸς,) *honoratus* vel *honorabilis*, à τίω *honoro*, *carum habeo*, vnde Compoſ. ἄτιτος, *inhonoratus*, apud HOMERVM, et πολύτιτος, *multum honoratus*, apud HEROD. conf. ſupra Ἐπαίνετος. Fuit *Titus* Corinthius, Epiſcopus Cretae, 2 Cor. 2, 12. Gal. 2, 1. 3. 2 Tim. 4, 10. Tit. 1, 4. etc.

Τίτος Μάνλιος, *Titus Manlius*, legatus Romanorum, 2 Macc. 11, 34. vid. ſupra Μάνλιος.

Τοβιηνὸς, vid. infra ſub Τώβιον.

Τραχωνῖτις, regio trans Iordanem, Luc. 3, 1. quibusdam à τραχὼν *locus aſper et ſalebroſus*; aliis à montibus *Trachonibus*, STRABONI L. XVI. et PLINIO L. V. c. 15. memoratis; denique I. OLDERMANNO in Diſſert. de *terra Chadrach*, à חַדְרָךְ, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 570. conf. LIGTFOOTI *Chorograph.* Lucae praemiſſ. c. 1. ſect. 4.

Τρεῖς Ταβέρναι, Lat. *Tres Tabernae:* locus prope Romam, Act. 28, 15. *Tabernae* ideo dictus, quod ibi vinum et eſculenta venum exponi ſolerent. Conf. CHR. GOTTL. SCHWARZII Diſſert. de *Foro Appii et Tribus Tabernis.* Sic *Tabernae Rhenanae*, *Tabernae Tribocorum*, quas *Tres Tabernas* vocat AMMIANVS MARCELLINVS, loca fuerunt Belgii.

Τρίπολις, h. e. *triplex vrbs* vel *tres vrbes:* fuit vrbs Phoenices, teſtibus DIODORO *Sic.* STRABONE, MELA aliisque ſic vocata, quod *triplici vrbe* conſtaret, à *tribus coloniis*, Aradiorum, Tyriorum et Sidoniorum, condita, 2 Macc. 14, 1. (a)

Τρόφιμος h. e. *aptus ad alendum*, (vid. ſupra Ἄλκιμος,) quod vel *paſſiue* intelligi poteſt de *altili* ſiue *alumno:* quomodo conf. ſupra Διοτρεφὴς; vel *actiue*, *qui aptus eſt ad alendum* parentes et familiam: ſicut in *Appellatiuis* κυνῶν τρέφιμος dicitur, *qui aptus eſt ad alendum canes* vel *qui canibus eſt alimento*, apud DIOSCORID. L. II. c. 85. et in foemin. τροφίμη pro *matrefamilias* in *Epigram.* Fuit *Trophimus* comes Pauli, Act. 20, 4. c. 21, 29. 2 Tim. 4, 20.

(a) Hodienum *triplicem vrbem* obſeruari poſſe, referunt PHILIPPVS à S. TRINITATE in *Itinerar. Orient.* L. II. c. 3. TROILO p. 57. et MYLLERVS p. 48.

Digitized by Google

Τρύφων, (retracto Accentu pro Τρυφῶν, ex Τρυφάων,) *delicatus, mollis*, à τρυφάω *delicate viuo:* Antiochi regis tutor, 1 Macc. 11, 54. 56. c. 12, 39. 42. etc.

Indidem eſt foemin.

Τρυφῶσα, (contract. pro Τρυφάουσα,) *delicata, mollis, tenera:* foemina Chriſtiana, quam Paulus ſalutari iubet, Rom. 16, 12.

Eſt quoque aliud foemin. per Motionem tanquam à Subſtantiuo formatum, (ſicut e. g. à λέων fit λέαινα, à θεράπων θεράπαινα, etc.)

Τρύφαινα, *delicata, tenera, mollis:* ſimile nomen foeminae Romanae, Rom. 16, 12. (b) Conf. Hebr. עֶדְנִין in *Onom. V. T.* p. 65.

Τρωάς, *Troas:* nomen vrbis in regione *Troade*, Act. 16, 8. 11. c. 20, 5. 6. 2 Cor. 2, 12. 2 Tim. 4, 13. quae alias plenius Ἀλεξάνδρεια ἡ Τρωάς, *Alexandria Troas* i. e. *Troiana*, et apud Auctorem *Chronici Alexandrini* Ἀλεξάνδρεια ἡ ἐπὶ Τρωάδος, *Alexandria in Troade.* Eſt autem Τρωὰς Foemin. Deriuatiuum à Τρὼς, pl. Τρῶες, h. e. *Troiani.*

Τρωγύλλιον, Ioniae promontorium et inſula ante illud ſita, Act. 20, 15. PTOLEMAEVS vocat Τρωγύλιον ἄκρον, STRABO τὴν Τρωγίλιον ἄκραν: vnde patet, proprie eſſe Adiectiuum Denominatiuum ab inuſit. *Deminutiuo* τρώγυλλος, τρωγύλος, τρωγύλη, vel τρωγίλη: (nam hae terminationes in *Deminutiuis* promiſcue regnant,) vnde porro per Syncopen factum eſt τρώγλη *cauerna*, à Primitiuo τρὼξ, τρωγὸς, quod apud HESYCHIVM pro *cauerna* occurrit, conf. TVRNEBI *Aduerſar.* L. XXIV. c. 42. Multa loca à *cauernis* nomina ſua acceperunt, cuius rei in V. T. ſunt בֵּית חוֹרוֹן, מְעָרָה, עֲדֻלָּם etc.

Τύραννος, vox primo vſu bonae ſignificationis, denotans *dominum, principem*, veteribus Celtis *Teyrn*, vel, vt I. I. SCHROEDERVS

(b) Tribuitur alias hoc Nomen *delicioſis foeminis*, et nota eſt apud PETRONIVM *Tryphaena*, mulier omnium formoſiſſima; occurrit quoque apud LVCIANVM Τρύφαινα vt Nomen *Propr.* conf. GVTBERLETHI *Animaduerſ. ad Inſcript. Smyrn.* p. 115.

DERVS in Diſſert. de *lingua Armen.* c. 4. §. 4. explicat, *dominicum*, vt Armen. *Tiran*, (quod et ipſum Nomen *Propr.* fuit regis Armeniae,) ab Armen. *Ter* i. e. *dominus*, Perſ. *Tir* h. e. *princeps.* Conſ. WACHTERI *Gloſſar. German.* in voc. *Tyrannus.* Aliter deriuant FVLLERVS in *Miſcell. S.* L. I. c. 11. et L. IV. c. 11. STEPH. MORINVS de *ling. prim.* Exercit. I. c. 13. et I. R. ROBIGIVS in *Robigal.* L. VI. c. 17. De eius vſu vid. CRENII *Diſſert. Hiſtor. Crit. Philolog.* Faſc. I. p. 32. et IOH. HENRICI *à* SEELEN *Meditat. Exeget.* P. II. p. 617. ſeq. Fuit autem nomen 1) ducis cuiusdam aetate prouecti, 2 Macc. 4, 40. 2) viri Epheſiii, Act. 19, 9. Conſ. *Onom. V. T.* p. 172. not. (σ) et (υ).

Τύρος, *Tyrus*, vrbs Phoenices, Hebr. צר i. e. *rupes:* quia *rupi* impoſita erat, (*Onom. V. T.* p. 236.) Iudith. 2, 28. 1 Macc. 5, 15. 2 Macc. 4, 18. Matth. 11, 21. 22. Marc. 3, 8. Luc. 6, 17. Act. 21, 3. etc.

Inde eſt *Gentile*

Τύριος, *Tyrius*, Sir. 46, 18. 2 Macc. 4, 49. Eſr. 5, 55. Act. 12, 20.

Τυχικὸς, i. e. *fortunatus*, *felix:* comes Pauli, Act. 20, 4. Eph. 6, 21. Col. 4, 7. 2 Tim. 4, 12. Tit. 3, 12. Conſ. *Onom. V. T.* p. 31. not. (ψ).

Τωβίας, Hebr. טוֹבִיָּה *bonus* (eſt) *dominus:* (*Onom. V. T.* p. 531.) fuit 1) filius Tobiti, Tob. 1, 9. c. 2, 1. etc. 2) alius, 2 Macc. 3, 11.

Τωβιὴλ, i. e. טוֹבִיאֵל *bonus* (eſt) *Deus:* filius Ananielis, pater Tobiti, Tob. 1, 1. Conſ. Hebr. טָבְאֵל in *Onom. V. T.* p. 497.

Τώβιον, vel, vt alii codices habent, Τούβιον, idem locus eſſe creditur, qui Hebr. טוֹב h. e. *bonus*, (*Onom. V. T.* p. 235.) ſitus in finibus Gileaditidis, 1 Macc. 5, 13. coll. v. 9.

Inde eſt *Gentile*

Τουβιηνὸς, vel, vt alii legunt, Τουβεινὸς, *Tobianus* ſiue *Tubianus*, 2 Macc. 12, 17. Sic accentuari requirit analogia *Gentilium*, licet l. c. vulgo aliter legatur.

Τωβὶτ, Hebr. טוֹבִית *bonitas:* Naphtalita, filius Tobielis et pater Tobiae, Tob. 1, 1. 3. c. 3, 17. c. 4, 1. etc. qui adeo cum patre et filio eiusdem argumenti nomen habuit.

Υ.

Ὑδάσπης, fluuius Indiae intra Gangem, Iudith. 1, 6. quem veteres ſic dictum tradunt ab *Hydaſpe*, Medorum rege; ſed eſt potius Perſicum واذي اسپي (*wadi Aſpi*,) h. e. *fluuius Aſpiorum*, accolarum illius fluuii: quod Graeci audientes, extulerunt Ὑδάσπης; (c) aut ſi mauis, compoſitum eſt ex eodem *wadi*, et Perſ. شبه ſiue شوه *lapis pretioſus*, q. d. *fluuius lapidis pretioſi*, h. e. *gemmifer*. SENECA *Tragoedus* de hoc flumine:

Tepidis Hydaſpes gemmifer *currens aquis*. Inde et apud CLAVDIANVM *Hydaſpeae gemmae*. (d)

Ὑμέναιος, *Poſſeſſiuum* eſt ab Ὑμὴν, Deo nuptiarum, q. d. *Hymeni dicatus*. Fuit *Hymenaeus* haereticus, à Paulo notatus, 1 Tim. 1, 20. 2 Tim. 2, 17. Alias ὑμέναιος ſumitur pro *carmine nuptiali*; 3 Macc. 4, 6.

Ὑρκανὸς, q. d. *Flauius*, à *flauedine* ſiue *pallore*, qui Syr. *jarkono*, Chald. *jarkana*, Arab. *irikan*, Hebr. *jerakon*, Ier. 30, 6. Inde dicti ſunt *Hyrcani* populi à *flauo faciei colore*, qui iis, teſtibus ſcriptoribus hodoeporicis, hodienum proprius eſt. Ex eodem argumento, vel quod in vico Palaeſtinae *Hyrcanio*, cuius mentionem faciunt IOSEPHVS et STEPHANVS, natus eſſet, nomen accepit filius vel potius nepos Tobiae cuiusdam, 2 Macc. 3, 11.

Φ.

Φαὰθ Μωὰβ, Hebr. פַּחַת מוֹאָב *princeps Moabi*: (*Onom. V. T.* p. 471.) nomen viri, Eſr. 5, 11.

Φαλαρὶς,

(c) Sicut ex eodem *wadi*, i. e. *aqua*, *fluuius*, iidem Graeci fecerunt ſuum ὕδος et ὕδως ſiue ὕδωρ, *aqua*, (quocum conuenit ἵδος *ſudor*,) Latini *vadum*, Germani ſuum baden, waden, Water ſiue Waſſer. PTOLEMAEVS pro Ὑδάσπης dixit Βιδάσπης, Perſ. و efferendo per β.

(d) Nimis tamen abeſt *Hydaſpes* Indiae, quam vt eius accolae vna cum accolis Euphratis et Tigridis Nebucadnezari occurrere potuerint: quare potius intelligendus eſt Χοάσπης, alias *Eulaeus*, quem Romanos etiam vocaſſe *Hydaſpen*, obſeruat VOSSIVS ad IVSTIN. L. XLI. c. 14. vnde *Medus Hydaſpes* apud VIRGIL. *Georg.* IV. 211.

Φαλαρὶς, auis marinae ſpecies eſt, dicta à *φαλαρὸς albus*, quam quidam *fulicam* eſſe volunt. Inde, retracto accentu, iuxta Sect. I. §. 2. fit Φάλαρις, Nomen *Propr.* tyranni Agrigentinorum è Creta oriundi, 3 Macc. 5, 20. 42. Ad nominis rationem conf. ſimilia Nomina *Propr.* ab *auibus* deſumta, אַיָּה, חָגְלָה, יוֹנָה, יְמִימָה etc.

Φαλὲκ, Hebr. פֶּלֶג *diuiſio*, ſcil. orbis terrarum: (*Onom. V. T.* p. 150.) filius Eberi, Luc. 3, 35. mutato Hebr. ג in κ, quomodo etiam IOSEPHVS et Codex Alexandr. τῶν LXX. Gen. 10, 25. et 1 Chron. 1, 19. illud exprimunt. Simili ratione ab Hebr. פלג fit Arab. פלק *diuiſit, ſeparauit.*

Φανουὴλ, Hebr. פְּנוּאֵל *adſpectus Dei:* (*Onom. V. T.* p. 508.) pater Hannae, Luc. 2, 36.

Φαραθὼν, Hebr. פִּרְעָתוֹן *vltio iuſta* vel *grauis:* (*Onom. V. T.* p. 344.) vrbs in tribu Ephraim, 1 Macc. 9, 50. vbi quidam codices habent Φαραθωνὶ, quaſi ſit *Gentile* פִּרְעָתוֹנִי.

Φαραὼ, Hebr. פַּרְעֹה *crocodilus*, vel ex Aegyptiaco, *rex meus:* (*Onom. V. T.* p. 600.) commune nomen regum Aegypti, 1 Macc. 4, 9. Eſr. 1, 25. Act. 7, 10. 13. 21. Rom. 9, 17. Hebr. 11, 24.

Φαρὲς, Hebr. פֶּרֶץ *ruptio, ruptura:* (*Onom. V. T.* p. 150.) filius Iudae ex Thamare, Eſr. 5, 5. Matth. 1, 3. Luc. 3, 33.

Φαρισαῖος, pl. Φαρισαῖοι, *Phariſaei*, i. e. פְּרִישַׁיָּא *ſeparati, ſingulares*, ſcil. vitae ſanctimonia, Matth. 3, 7. c. 9, 11. Luc. 5, 17. Ioh. 1, 24. etc. Syris פריש ſiue פרישא eſt *ſeparatus, ſingularis*, et *Phariſaeus.* Iudaei eos vocant פְּרוּשִׁים, vid. BVXTORFFII *Lex. Talmud.* in h. n.

Φασηλὶς, i. e. פְּשִׁילָא vel בְּשִׁלָא *inflammata*, à rad. Syr. פשל *inflammatus eſt:* (e) vrbs Lyciae, vbi mons Chimaera, 1 Macc. 15, 23. Conf. ſupra Λυκία.

Φασιρὼν, i. e. פְּצִירוֹן *multiplicatio* (familiae) *magna*, à rad. Chald. פצר *multiplicauit:* nomen viri, 1 Macc. 9, 66. HILLERVS per

(e) PLINIVS L. II. c. 106. *Flagrat in* Phaſelitide *mons Chimaera, et quidem immortali diebus ac noctibus* flamma.

per *filios* Φασιρῶν intelligit *Troglodytas*, quaſi idem ſit cum Chald. פְּצִירִין vel פְּצִירָן *antra, ſpecus;* ſed *filii* illi *Phaſiron* l. c. non in *antris*, ſed in *tuguriis* habitaſſe dicuntur.

Φασσοῦρος, Hebr. פַּשְׁחוּר i. e. *nobiliſſimus:* (*Onom. V. T.* p. 445.) nomen ſacerdotis, Eſr. 5, 25.

Φεισὼν, Hebr. פִּישׁוֹן *magna* (aquae) *diffuſio:* (*Onom. V. T.* p. 343.) vnus ex fluuiis Paradiſi, Sir. 24, 25.

Φερεζαῖος, *Gentile*, Hebr. פְּרִזִּי q. d. *paganus:* (*Onom. V. T.* p. 384.) Iudith. 5, 16. Eſr. 8, 69.

Φῆλιξ, Lat. *Felix:* praeſes Iudaeae Romanus, Act. 23, 24. 26. c. 24, 3. c. 25, 14. etc.

Φῆστος, Lat. *Feſtus*, i. e. *felix* vel *laetus:* frequens apud Romanos Nomen *Propr.* In ſacris memoratur

Πόρκιος Φῆστος, *Porcius Feſtus*, Iudaeae praefectus, praecedentis *Felicis* ſucceſſor, Act. 24, 27. c. 25, 1. c. 26, 24. etc. vid. ſupra Πόρκιος.

Φιλαδέλφεια, *Philadelphia*, vrbs Lydiae, teſte STEPHANO *de Vrb.* à conditore Attalo *Philadelpho*, Eumenis fratre, denominata, Apoc. 1, 11. c. 3, 7.

Φιλήμων, i. e. *amator*, *cum habitu et procliuitate* quadam *amans*, (f) à φιλέω *amo:* nomen viri, ad quem Paulus epiſtolam ſcripſit, Philem. v. 1.

Φιλητὸς *dilectus:* nomen viri haeretici, 2 Tim. 2, 17.

Φίλιππος i. e. φίλος ἵππων, *amans equorum*, (g) it. *bellicoſus:* 1) rex Macedoniae, pater Alexandri M. 1 Macc. 1, 1. c. 6, 2. 2) amicus

(f) Obſeruant Grammatici, Nomina *Verbalia*, ſic terminata, exprimere *perſonam agentem* ſiue *Actorem*, vid. PHIL. CATTIERI *Gazophyl. Graec.* p. 12. et *Gram. Graec. Marcb.* p. 414. idque *cum habitu* quodam, vti notant ERASM. SCHMIDIVS ad Matth. 6, 1. et Luc. 6, 36. et STOCKIVS in *Interprete N. T.* c. 2. §. 20. addo ego: *cum procliuitate* quadam, vi terminationis ων, (ωνος,) quae etiam in aliis Deriuatis *Aptitudinem*, *Facilitatem* et *Procliuitatem* deſignat.

(g) Veteres frequenter ab *equis* Nomina *Propr.* adſciuerunt: qualia e. g. ſunt *Ariſtippus, Damaſippus, Hegeſippus, Hippagoras, Hipparchus, Hippocrates, Hippodamus, Hippolochus, Hippolytus, Hippomachus, Hippomedon, Hippomenes, Hipponicus, Menippus* etc. Conf. ARISTOPHANES in *Nub.* v. 63. et 64.

cus Antiochi Epiphanis, regnum Syriae affectans, 1 Macc. 6, 14. 63. 2 Macc. 9, 29. 3) alius, rex Macedoniae, 1 Macc. 8, 5. 4) Phryx quidam, Iudaeorum hoſtis, 2 Macc. 5, 22. c. 6, 11. c. 8, 8. 5) Apoſtolus, Matth. 10, 3. Marc. 3, 18. Luc. 3. 1. Ioh. 1, 43. 44. c. 14, 8. etc. 6) Diaconus eccleſiae et Euangeliſta, Act. 6, 5. c. 8, 5. 6. c. 21, 8. 7) frater Herodis, Ituraeae et Trachonitidis Tetrarcha, Matth. 14. 3. Marc. 6, 17. Luc. 3, 1. 19.

A *Philippo*, Alexandri M. parente, nomen accepit

Φίλιπποι, *Philippi*, vrbs Macedoniae, quam ille inſtaurauit et ex nomine ſuo appellauit, cum antea *Crenides* vocaretur, Act. 16, 12. c. 20, 6. Phil. 1, 1. 1 Theſſ. 2, 2.

Inde eſt *Gentile*

Φιλιππήσιος, (h) *Philippenſis*, Phil. 4, 15.

A *Philippo* Tetrarcha nomen duxit

Καισάρεια Φιλίππου, *Caeſarea Philippi*, vrbs ad radices Libani, ab illo in honorem *Caeſaris* Tiberii condita, alias *Paneas* dicta, Matth. 16, 13. Marc. 8, 27. Vid. IOSEPHVS de *bello Iud.* L. II. c. 13.

Φιλόλογος, (retracto Accentu pro Φιλολόγος,) *eloquentiae* ſiue *litterarum amans*, *litteratus:* nomen viri Romani, Rom. 16, 15.

Φιλομήτωρ, h. e. *amans matris:* cognomen Ptolemaei, regis Aegypti, per Antiphraſin illi impoſitum, cum matri eſſet infenſiſſimus, 2 Macc. 4, 21. c. 9, 29. c. 10, 13.

Φιλοπάτωρ, *amans patris:* ſimile cognomen Ptolemaei, alius regis Aegyptiorum, parricidae, 3 Macc. 1, 1. c. 3, 12. c. 7, 1.

Φινεὲς, Hebr. פִּינְחָס pro פְּנֵיחָס *reſpectus parſionis* ſiue *commiſerationis:* (*Onom. V. T.* p. 445.) Pontifex, filius Eleazaris, Sir. 45, 23. 1 Macc. 2, 26. 54. Eſr. 5, 5. c. 8, 2.

Φλέγων, *ſplendens*, *ardens*, ſcil. oculis: nomen viri, Rom. 16, 14. Ad nominis rationem conf. Hebr. גַּחַם in *Onom. V. T.* p. 163.

(h) Forma irregulariori, qua σ interponitur: ſicut in *Appellatiuis* βροτήσιος à βροτὸς, δημόσιος à δῆμος, ἐτήσιος ab ἔτος, ἡμερήσιος ab ἡμέρα, κιρκήσιος à κίρκος, πυγέσιος à πυγὼν, ῥόσιος à ῥοὴ etc.

p. 163. BARTHII *Aduerſar.* L. VIII. c. 1. et L. XIX. c. 14. et CAEL. RHODIGINI *Lect. Antiqu.* L. XV. c. 2. Sic Armen. *Tſuelak*, h. e. *oculis micans*, occurrit inter Nomina *Propr.* apud I. I. SCHROEDERVM in Differt. de *ling. Armen.* c. 1. §. 15. et apud Graecos Πυριλάμπης. Eiusmodi *ardorem oculorum* Alexandri Seueri praedicat LAMPRIDIVS in eius vita c. 14. et *oculos ardentes* Claudii TREBELLIVS POLLIO in *Claudio* c. 13. conf. FREINSHEMIVS ad FLORVM L. I. c. 16.

Φοίβη, foemina eccleſiae Cenchreenſium, Rom. 16, 1. h. e. *pura, caſta*; vel *radians vt luna*, vt HILLERVS interpretatur, à maſc. Φοῖβος *purus*, it. *ſplendidus*, *illuſtris*, ſpec. de *ſole*, vnde et *Phoebus* Apollo: et ſic conf. *Onom. V. T.* p. 86. not. (*i*). Sic *Bedr Zacbe*, h. e. *luna creſcens*, occurrit inter Nomina *Propr.* Arab. et Pentheſileam cum *luna* comparat QVINTVS *Calab.* I. 37. conf. C. TH. WALTHERVS apud BAYERVM in *Hiſtor. regni Bactr.* p. 32. et in *Relat. Malabar.* Continuat. XXXII. p. 820. Potuit et hoc nomen aſſumtum eſſe à *Phoebe* Nympha.

Φοινίκη, *Phoenice*, regio Aſiae, 2 Macc. 3, 5. c. 4, 4. Eſr. 2, 17. 24. c. 4, 48. Act. 11, 19. c. 15, 3. c. 21, 2. quam vulgo ſic dictam volunt à Graeco Φοῖνιξ, (alii ſcribunt Φοίνιξ,) vel, vt quoque apud THEOPHRASTVM exſtat, Φοινικὴ *palma*, (retracto Accentu,) quia *palmis* abundabat, vnde et *palma* Aradi aliarumque vrbium *Phoenices* ſymbolum ſit: quomodo conf. *Onom. V. T.* p. 103. Alii deriuant à Graeco Φοῖνιξ *ruber*: vt idem ſit cum Hebr. אֱדוֹם. Sed vix credibile eſt, regionem Orientis, à gente orientali habitatam, ex lingua Graeca nomen accepiſſe: vnde BOCHARTVS in *Canaan* L. I. c. 1. *Phoenicum* nomen deducit ex Hebr. בְּנֵי עֲנָק *filii Anaki*, permutatis Hebr. ב et Graec. Φ. Cum autem nomen *Phoenix* et *Phoenice* etiam aliis locis commune fuerit, quo tamen *filii Anaki* non peruenerunt, equidem potius arbitror, quemlibet *locum maritimum et portuoſum, quo nauigantibus appellere licet*, Phoeniciis dictum eſſe פְּנִיךְ ſiue פְּנִיכָא, à rad. Arab. فنك *conſtitit aliquo loco*, it. *ingreſſus eſt*, *penetrauit*. Non alia enim fuit

Phoe-

Phoenice, quam tractus *maritimus et portuoſus* inter Seleucidem et Palaeſtinam.

Indidem quoque alia loca *maritima* atque *portus* vocati ſunt: vt

Φοῖνιξ, *Phoenix*, portus et vrbs Cretae, alias *Phoenicus*, Act. 27, 12. Sic *Phoenix* nomen fuit caſtelli Cariae ad littus maris, *Phoenice* vrbs Epiri maritima, ſita ad ſinum Buthrotum, teſte STRABONE, *Phoenica* munimentum ad ripam Tigridis, *Phoenicus* portus Siciliae, et alius Marmoricae, vt et Lyciae, etc.

Φέρες, nomen viri, Eſr. 5, 9. corruptum ex Hebr. פַּרְעֹשׁ h. e. *pulex*, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 477. coll. Eſr. Canon. c. 2, 3. Sed

Ἀππίου Φόρον vid. ſupra p. 26.

Φοὺδ, Hebr. פוט *extenſio, augmentatio:* (*Onom. V. T.* p. 45.) filius Chami, metonymice eius poſteri, Iudith. 2, 23. Sic quoque LXX. Hebr. פוט expreſſerunt Gen. 10, 16. 1 Chron. 1, 8.

Φουρτουνάτος, Lat. *Fortunatus:* nomen viri, 1 Cor. 16, 17.

Φρὺξ, *Phryx*, 2 Macc. 5, 22. vnde

Φρυγία, *Phrygia*, Aſiae Minoris regio, Act. 2, 10. c. 16, 6. c. 18, 23. 1 Theſſ. 3, 1. quae nomen accepiſſe putatur à φρύγιος *torridus:* quia eius terra eſt μέλαινα ὡς ἐξ ἐπικαύσεως, dicente STRABONE L. XVIII. vnde et pars *Phrygiae* vocata eſt κατακεκαυμένη, *aduſta.* Alii tamen *Phrygas* nomen accepiſſe volunt à *libertate:* quia IOBAS, vetuſtus auctor, apud HESYCHIVM in voc. Βρίγες, (i. e. Φρύγες,) teſtatur, à Lydis Βρίγα vocari τὸν ἐλεύθερον. (i) Erat autem *Phrygia Maior* et *Minor:* illius pars

 erat

(i) Conueniunt ſic Arab. فرج *libertas*, Hebr. פרע *liberum reddidit*, immo et German. Frey, in lingua Anglo-ſaxon. Frig. Obſeruant enim, Phrygicam linguam multa habere communia cum Germanica, ceu patet ex voc. Βὲκ, i. e. *panis*, apud Phrygas, German. Wecke, vnde et backen; ſic θυγάτηρ, quam vocem origine *Phrygicam* eſſe, HESYCHIVS aliique Graeci teſtantur, eſt ipſum German. Tochter, etc. Plura vid. apud WACHTERVM in *Gloſſario German.* ſub voc. *Phryges*, et in Praefat. §. 19. ſeq. Conf. et CASP. ABELI *Hiſtor. Monarch.* L. I. c. 10. §. 3.

erat *Phrygia Pacatiana*, Graec. Πακατιανὴ, in ſubſcriptione Epiſtolae prioris ad Timotheum, à *Pacatiano* quodam, ſub Conſtantino M. officio praefecti praetorio in Oriente defuncto, ſequioribus temporibus denominata.

Φύγελλος, *Phygellus*, nomen viri, 2 Tim. 1, 15. vulgo *fugitiuus* exponitur, rectius *fugitiuulus*, cum terminatione Lat. *Deminutiua* ſiue ὑποκοριστικῇ, à *fuga:* quomodo conf. Hebr. אַנָּא et בָּרִיחַ in *Onom. V. T.* p. 31. et 62. niſi potius ſit Graecum compoſitum ex φεύγω *fugio*, et inuſit. ἔλλος ſiue ἐλλὸς, alias ἴλλη, ἰλλὰς et ἐλλεδανὸς *vinculum*, ab ἔλλω, alias ἴλλω vel ἰλλέω, *concludo*, apud HESYCH. vnde Φύγελλος *qui ex vinculis effugit*.

Φυλιστιεὶμ, Hebr. פְּלִשְׁתִּים *Philiſthaei*, Sir. 46, 18. c. 47. 7. c. 50, 26. 1 Macc. 3, 24. à ſing. *Gentili* פְּלִשְׁתִּי *Philiſthaeus*, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 384.

X.

Χαβρὶς, vid. ſupra Ἀβρίς.

Χαιρέας, *gaudium excitans* ſiue *efficiens*, ab inuſit. χαῖρος *gaudium*. (k) Poſſet et deduci ab ipſo Verbo χαίρω, *gaudeo*, et exponi *dignus, quo gaudeatur:* quod idem dicendum eſt de Ἀινέας, ſi deſcendit ab αἶνος, *laus*, vel αἰνέω *laudo*. Scilicet Χαιρέας (pro Χαιρίας) ſit Deriuatiuum à Χαίριος, hoc vero pro Χαίριμος, coll. ſupra Ἄλκιμος, Γάϊος et Λυσίας. Nomen fuit ducis, 2 Macc. 10, 32. *Graecum* autem eſſe, exinde patet, quod et apud Graecos pro Nomine *Propr.* veniat.

Χαλδαῖος, *Chaldaeus*, Iudith. 5, 6. 7. Baruch. 1, 2. Cant. 3 puer. v. 24. Eſr. 1, 52. Act. 7, 4. Graeci dicunt pro Hebr. כַּשְׂדִּי, (de

(k) In vulgaribus Lexicis quidem occurrit τὸ χαῖρον, ε, pro χαρὰ, ſed procul dubio reponendum eſt vel ὁ χαῖρος vel τὸ χαῖρος, vnde et χαιροσύνη deſcendit: quia Denominatiua illa Subſtantiua foemin. in οσύνη regulariter oriuntur à Primitiuis in ος et ων, (ονος,) obſeruante CATTIERO in *Gazophylacio Graec.* p. 29. rarius ab aliter terminatis. Sicut igitur ταραξίας eſt *turbas efficiens* ſiue *excitans*. παλματίας genus *terrae motus concuſſionem* (πάλμα) *efficiens*, χασματίας *terrae motus terrae hiatus efficiens* etc. ſic Χαιρέας *gaudium excitans*. Conf. ſupra Ἀινέας.

(de quo vid. *Onom. V. T.* p. 370.) cuius rationem exponit HILLERVS in *Onom. S.* p. 780. Aliorum *Chaldaeorum* nomen, qui alias *Chalybes* vocabantur et à STRABONE ſupra Trapezuntem et Pharnaciam ponuntur, FVLLERVS in *Miſcell. S.* L. III. c. 14. deducit à Chald. חַלְדָיָא h. e. *καταδύται*, *qui terrae viſcera perſcrutantur, vt metalla inde eruant:* cuius ſententiam laudat BOCHARTVS in *Hieroz.* P. I. p. 1025.

Χαλέβ, Hebr. כָּלֵב *ligatus*, i. e. *in pignus acceptus:* (*Onom. V. T.* p. 30.) filius Iephunnae, Sir. 46, 7. 8. 1 Macc. 2, 56.

Χαλφί, i. e. Hebr. חַלְפִי vel חַלְפִּי *permutatio* ſiue *compenſatio* (Dei): pater Iudae cuiusdam, 1 Macc. 11, 70. Conf. ſupra Ἀλφαῖος.

Χαναάν, Hebr. כְּנַעַן *humiliatio* ſiue *afflictio maxima:* (*Onom. V. T.* p. 441.) filius Chami, Iudith. 5, 3. Hiſtor. Suſannae v. 56. metonymice eius poſteri, 1 Macc. 9, 37. vnde terra *Chanaan* denominata eſt, Iudith. 5, 9. 10. Baruch. 3, 22. Act. 7, 11. c. 13, 19.

Inde eſt *Gentile*

Χανανaῖος pro Χαναανaῖος, *Chananaeus,* Iudith. 5, 16. Eſr. 8, 68. Matth. 15, 22.

Χάρακα, Chald. כְּרַכָּא, Syr. ܟܪܟܐ *arx*, *munimentum:* vrbs in confiniis Arabiae et Syriae, 2 Macc. 12, 17. quae *Charca* apud ABVLFEDAM, *Corace* apud PTOLEMAEVM. *Characmobam* intelligit GROTIVS.

Χαρέα, nomen viri, Eſr. 5, 32. corruptum ex Hebr. חַרְשָׁא, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 145. coll. Eſr. Canon. c. 2, 52.

Χαρκαμύς, vrbs ad Euphratem, Eſr. 1, 25. Profanis *Circuſium* ſiue *Circeſium*, Hebr. כַּרְכְּמִישׁ i. e. *munimentum receſſus*, quod intelligendum eſt de *ſinu*, (Graecis μυχὸς,) quem Euphrates et Aboras ibi faciunt et in quo vrbs illa ſita fuit. Vid. *Onom. V. T.* p. 469.

Χαρμί, nomen ſacerdotis, Eſr. 5, 25. corruptum ex Hebr. חָרִים, de quo vid. *Onom. V. T.* p. 268. coll. Eſr. Canon. c. 2, 39. Sed

Χαρμίς,

Χαρμὶς, Hebr. כַּרְמִי h. e. *natus ex patre nobili et generoſo*, (*Onom. V. T.* p. 386.) qualis Graecis dicitur εὐπατρίδης ſiue εὐπατρίδας, ſimili terminatione *Patronymica.* Fuit filius Melchielis, Iudith. 6, 15. c. 8, 10. c. 10, 6.

Χαῤῥὰν, Hebr. חָרָן *valde aduſtus et ſiccus* (locus): *Charrae*, vrbs Meſopotamiae, Act. 7, 2. 4. vid. *Onom. V. T.* p. 326.

Χασελεῦ, Hebr. כִּסְלֵו, menſis nonus apud Hebraeos, à *torpore et frigore* dictus, 1 Macc. 1, 54. c. 4, 52. 2 Macc. 2, 9. c. 10, 5. etc. vid. *Arcan. Form. Hebr.* p. 653.

Χασφὼν, eadem vrbs putatur eſſe cum חֶשְׁבּוֹן i. e. *ligatio firma, vinculum firmum*, vrbe quondam Amoraeorum regia, 1 Macc. 5, 36. vid. *Onom. V. T.* p. 338. Sic quoque corrigendum eſt 1 Macc. 5, 26. vbi vulgo legitur Χασφώρ.

Χαφαρσαλαμὰ, i. e. Chald. כְּפַר שְׁלָמָא *pagus pacis*, h. e. *pagus pacatus et tranquillus:* nomen pagi vel oppidi, 1 Macc. 7, 32. Talmudicis כפר שלם. de quo conf. RELANDI *Palaeſt.* p. 690. et LIGTFOOTI *Centur. Chorograph.* Matthaeo praemiſſ. c. 58.

Χαφεναθὰ, nomen loci iuxta murum vrbis Hieroſolymae orientalem, 1 Macc. 12, 37. quem LIGTFOOTVS in *Disquiſit. Chorograph.* Iohanni praemiſſ. c. 7. §. 4. ſic dictum putat à כפֵּירוֹת Talmud. *dactyli palmarum immaturi;* ſicut *Bethphage* vicina nomen accepit à *groſſis* ſiue *ficubus.*

Χεβρὼν, Hebr. חֶבְרוֹן *conſociatio* (hominum) *copioſa:* (*Onom. V. T.* p. 335.) *Hebron*, vrbs in tribu Iuda, 1 Macc. 5, 65.

Χελεὺλ, nomen loci, Iud. 1, 6. procul dubio corruptum, pro quo alii codices habent Γελὼδ, alii denique Χιλέδ. Dicuntur l. c. gentes vicinae conueniſſe ad inſtructam aciem filiorum *Cheleul*, ſermo autem eſt de exercitu Nebucadnezaris, qui v. 1. Aſſyriis dicitur imperaſſe in Niniue: putauerim itaque, legendum eſſe Χαλὼν et intelligendam *Chalonitidem*, Aſſyriae regionem, denominatam ab vrbe *Chalne* ſiue *Chalno*, Amoſ. 6, 2. Ieſ. 10, 9. Graecis Χαλάνη. Conf. BOCHARTI *Phaleg* L. IV. c. 18.

Χελκίας,

Digitized by Google

Χελκίας, Hebr. חִלְקִיָּה ſiue חִלְקִיָּהוּ *portio Domini:* (*Onom. V. T.* p. 530.) nomen fuit 1) cuiusdam ex maioribus Iudithae, Iudith. 8, 1. cuius nepos fuit Ἐλκία, ex eodem argumento vocatus. 2) Pontificis Maximi, filii Sallumi, Baruch. 1, 7. Eſr. 8, 1. 3) cuiusdam ex maioribus Baruchi, Baruch. 1, 1. 4) patris Suſannae, Hiſtor. Suſan. v. 2. 7. 29. 63. 5) ſacerdotis cuiusdam primarii, Eſr. 1, 8.

Χελοὺς, alii codices habent Χελλοὺς: nomen vrbis, Iudith. 1, 9. GROTIO *Cholle* in Palmyrene; rectius RELANDO *Elus* ſiue *Eluſa* Arabiae, eadem cum Interpretis Chaldaei חֲלוּצָה h. e. *ereptio* ſiue *aſylum*, pro Hebr. שׁוּר, de qua vid. *Onom. V. T.* p. 51.

Pro Χελοὺς vel Χελλοὺς recurrit

Χελλαίων, vel, vt alii legunt, Χελέων, Iudith. 2, 23. quod eſt Genitiuus plur. à ſing. *Gentili* Χελλαῖος vel Χελευς, vt ſubintelligatur χώρα, *regio.*

Χετταῖος, *Chittaeus* ſiue *Chethita*, Hebr. חִתִּי, Eſr. 8, 69. *Gentile* à חֵת filio Canaanis, vid. *Onom. V. T.* p. 368.

Χεττιείμ, Hebr. כִּתִּים *Chittaei*, i. e. *Macedones*, 1 Macc. 1, 1. à ſing. *Gentili* כִּתִּי *Chittaeus*, à כִּתִּים filio Iauanis, vid. *Onom. V. T.* p. 370. et conf. ſupra Κιτιεύς.

Χιλεὸδ, vid. paulo ſuperius Χελεὲλ.

Χίος, inſula maris Aegei, Act. 20, 15. iuxta BOCHARTVM in *Canaan* L. I. c. 9. ſic dicta à Phoenicio חִוְיָא *ſerpens*, à *ſerpente* ſcil. illo immani, qui eam olim infeſtauit, de quo vid. AELIANI *Hiſtor. animal.* L. XVI. c. 39.

Χλόη, *herba virens* vel *germen viride:* nomen foeminae Corinthiae, 1 Cor. 1, 11. Potuit et aſſumtum eſſe à Dea Cerere, quae Χλόη vocatur. Romanis foeminis id nominis vſitatum fuiſſe, notat HILLERVS.

Χοραζὶν, alii legunt Χωραζὶν vel Χωραζὶμ, i. e. Syr. ܟܪܘܙܐ *proclamantes* ſiue *praecones*, q. d. locus *proclamantium*, vel à כָּרוֹזִין

Talmud. genus *locuſtarum*, à *clamore* et *ſtridore* ſic dictarum. Nomen fuit vrbis Galilaeae, Matth. 11, 21. Luc. 10, 13. Etiam apud Talmudicos כרזין ſiue כרזים nomen loci eſt, à tritico celebrati, vid. RELANDI *Palaeſt.* p. 722. Non poteſt eſſe ex *χώρα Ζὶν*, *regio Zin*, à צִן, vt quidam volunt, quia Hebr. צ nunquam in ζ conuertitur, coll. Sect. I. §. 4. conf. FRANC. WOERGERI Diſſert. de *Verſione inſolita*, *in qua* Chorazin *vocatur* regio Zin, et eiusd. *Vltimae exſequiae* regionis Zin.

Χουζᾶς, i. e. חוּזָא *poſſeſſio*, vt *Appellatiuum* מָחוֹז, 'à rad. Arab. خاز *poſſedit*, *obtinuit:* nomen procuratoris Herodis, Luc. 8, 3. Ad nominis rationem conf. Hebr. אֲחֻזַּת, קָנָה, קִנְיָן etc.

Χοὺς, nomen loci obſcuri, Iudith. 7, 18. ab Hebr. כּוּשׁ *terror*, ſcil. hoſtium, vel à *Chuſcho* quodam, vid. *Onom. V. T.* p. 56.

Χριςὸς, *vnctus*, Hebr. מָשִׁיחַ: cognomen Seruatoris noſtri, Matth. 1, 1. Marc. 1, 1. Luc. 2, 11. etc.

Inde eſt Adiectiuum *Poſſeſſiuum* vel potius *Sectatiuum.* (I)

Χριςιανὸς, *Chriſtianus*, *Chriſtum ſectans*, Act. 11, 26. c. 26, 28. 1 Petr. 4, 16. Conf. ſupra Ἡρωδιανός.

Χωβὰ, nomen vrbis, Iudith. 4, 4. c. 15, 5. Hebr. חוֹבָה *latibulum*, à חבה *latuit;* vel ex euentu, à *clade* Aſſyriorum, (vt illa *Choba*, prope Damaſcum ſita, Gen. 14, 15.) à rad. Syr. חרב *vinci*, *profligari*, vid. *Onom. V. T.* p. 255. Scribitur etiam

Χωβαὶ, Iudith. 15, 4.

Χωλὰ, Iudith. 15, 4. corruptum creditur ex Hebr. מְחוֹלָה, alias plenius אָבֵל מְחוֹלָה, nomine vrbis in tribu Ephraim, de qua

(I) Frequens eſt haec Forma, quam *Latinam*, non *Graecam* eſſe, exiſtimat VSSERIVS in *Annalibus*, in denominatione *ſectarum:* vt ſunt *Ophiani* apud ORIGENEM et THEODORET. *Sethiani* apud EPIPHAN. et DAMASCEN. *Simoniani* et *Menandriani* apud eundem DAMASCEN. *Carpocratiani* apud EPIPHAN. ſic *Ariani*, *Macedoniani* etc.

qua vid. *Onom. V. T.* p. 289. vel eadem eſt cum חוֹלֹן, vrbe tribus Iudae, ibid. p. 441.

Χωρὴβ, Hebr. חֹרֵב *ſiccus:* (*Onom. V. T.* p. 413.) pars montis Sinai, Sir. 48, 7.

Ω.

Ὠβὴδ, Hebr. עֹבֵד *ſeruiens*, ſcil. parentibus, coll. Malach. 3, 17. Sir. 3, 7. et Phil. 2, 22. fuit filius Boaſi, Matth. 1, 5. Luc. 3, 32. vid. *Onom. V. T.* p. 177. et 414.

Ὢξ, i. e. עֹכֶס, vel עֲכָס, (ad Formam קֹשֶׁט,) *periſcelis*, vt *Appellatiuum* עֶכֶס, h. e. *ornamentum* vel *vinculum parentum*, coll. foem. עַכְסָה in *Onom. V. T.* p. 150. Fuit ille *Ox* pater Merari, auus Iudithae, Iudith. 8, 1. Sed Textus Latinus habet *Vz*, Syrus עוּץ: vt adeo potius legendum ſit Ὢς vel Ὦς, quomodo LXX. Hebr. עוּץ exprimunt Gen. 36, 28. 1 Chron. 1, 42.

Ὠσηὲ, Hebr. הוֹשֵׁעַ *ſeruauit*, ſcil. Dominus: (*Onom. V. T.* p. 427.) nomen prophetae, Rom. 9, 25.

ADDENDA.

Ad Ἀπάμη p. 25. Poſſet et deriuari à Perſ. اُبام *debitum*, *mutuo acceptum:* quomodo conſ. ſimilis argumenti Nomina *Propr.* Hebr. זִיף, יְשִׁיָּהוּ etc. neque obſtat, quod vox Perſica per *b* ſcribatur, Ἀπάμη autem per π: nam et apud Perſas *b* et *p* ſaepius promiſcue vſurpari, notaui in *Onom. V. T.* p. 592.

Ad Βάρταχος p. 39. Inter Hebraeorum Nomina *Propr.* perſonarum *Brutiſona*, vti vulgo vocantur, non exſtat vllum, ab *equis* petitum: quia equi apud illos rariores erant. Secus ſe res habuit apud Graecos et Perſas. Graeci ſaepe ab *equis* eorumque ſtudio Nomina adſciſcebant: vt *Hipparion*, *Hippaſus*, *Hippion*,

X 2 *Hippis*,

Hippis, *Hippias*, *Hippon* etc. vid. ſupra ad Φίλιππος. Perſae, qui ab ipſo *equitatu* nomen traxerunt, (vid. פָּרַס in *Onom. V. T.* p. 592.) à tempore Cyri equis ita ſtudebant, vt à pueritia in equos aſcendere, in equis ſedere, equos flectere, iis vehi, ex equis pugnare diſcerent, nec vnquam iter, quantumuis breuiſſimum, pedibus facerent. Nemini itaque mirum videbitur, ſi quoque ab *equis* Nomina *Propr.* aſſumſerunt.

Ad pag. 70. not. (z) Terminantur quoque apud Profanos in *ιων* *Patronymica* quaedam: quo etiam pertinet οὐρανίων, quod *Appellatiuum* eſſe videri poterat, vt pl. οὐρανίωνες, *coelites*, proprie ſint *filii Vrani* ſiue *Coeli*. Illis ſiue ſignificatum *Imitatiuum* tribuas, ſiue *Deminutiuum*, vtrobique *ſimilitudinis* notionem quandam ſubeſſe deprehendes. *Eſt* enim *filius imago* (q. d. *imitago*) *animi et corporis* parentum, dicente CICERONE *Familiar.* VI. 6.

DISSER-

DISSERTATIO I.

DE

GRAMMATICA ET MYTHOLOGICA SIGNIFICATIONE NOMINIS THAMMVZ

EZECH. VIII, 14.

Digitized by Google

Digitized by Google

§. I.

Singulare quid et admiratione dignum ſemper mihi viſum eſt, quod Nomina, quae vocant *Diuina*, (a) eſſentiae, perfectionibus et operibus Dei deſignandis in Hebr. V. T. Codice adhibita, ad vnum omnia quodammodo obſcura ſunt variisque implicata controuerſiis: de quorum adeo originibus et Formis indeque pendente proprio ſingulorum ſignificatu Grammatici certant et adhuc ſub iudice lis eſt.

§. II.

Cum veri Dei Nominibus illis hac in parte conueniunt falſorum Deorum, quorum Scriptura S. hinc inde mentionem iniicit, Nomina, maximam quippe partem vna cum rebus ſuis obſcuritate inuoluta.

§. III.

Bene quidem nobiscunque agitur, quod veteris idololatriae formam et inſtrumenta ignoramus, (b) eoque minus damni ad nos exinde redundat, quod ſalutis noſtrae aeternae cardo in iſtis nequaquam verſatur. Quia tamen et idolographia V. T. in Antiquitatibus S. peculiarem tractationem ſibi depoſcit, et in enarratione fatorum Eccleſiae haud raro turpis eius ad idololatriam gentilem defectus notatur, et ſacrae denique literae multis in locis ſine accurata ſuperſtitioſi illius cultus cognitione intelligi nequeunt: hinc certe in deaſtrorum iſtorum nomina, cultum, mythologiam et ſimilia inquirere, nemini ineptum videbitur aut plane inutile.

§. IV.

Occurrit inter alia famoſum illud idolum *Thammuz*, cuius mentio fit Ezech. 8, 14. vbi mulieres Iſraeliticae ad ianuam portae

(a) Puta יהוה, יה, אהיה, אדני, אלהים, אל, שדי, et ſec. quosdam הוא, quibus ex N. T. addere licet Nomen Seruatoris Ἰησοῦς.

(b) Vt grauiter iudicat COCCEIVS in *Lex. Hebr.* ſub voc. חַמָּנִים.

tae templi ſeptentrionalem ſediſſe et *Thammuzum* deploraſſe narrantur: cuius nomen, cum in *Onomaſtico V. T.* p. 604. obiter ſaltem attigerim, iam pluribus exponam: ita quidem, vt primo diſpiciam, quisnam vulgo *Thammuz* iſte habeatur? deinde ipſum vocabulum תַּמּוּז explicabo, cuinam numini id nominis proprie competat et quae ſit ſignificatio eius *mythologica?* oſtendam.

§. V.

Friuola et ridicula Iudaeorum de *Thammuzo* commenta, vt MAIMONIDIS in מורה נבוכים P. III. c. 29. IARCHII ad Ezech. 8, 14. et KIMCHII in *Libro Radic.* et ad l. c. iam dudum ab aliis exploſa, ſtudio praetermittimus.

§. VI.

Caeterum de *Thammuzo* tres potiſſimum Eruditorum exſtant ſententiae. Conf. IARKIVS ad SCHEDIVM de *Diis German.* p. 103. Prima eorum eſt, quibus *Thammuz* idem videtur cum Adonide, illo Veneris amaſio, qui ab apro occiſus, a Venere deploratus fuiſſe fingitur. Qui luctus quotannis a mulieribus repeti conſueuit, maxime in vicinia montis Libani et in vrbe Byblo, vt teſtis eſt LVCIANVS de *Dea Syra.* Vnde Adonis δακρυόετιμος appellatur ab ORPHEO *Hymn. in Adonid.* Planctus ille Ἀδωνιασμὸς a Graecis dicitur, (c) et ipſum feſtum, hunc in finem inſtitutum, Ἀδώνια (d). Adonin illum eſſe *Thammuzum*, κατὰ τὴν

(c) Ἀδωνιασμὸς, ὁ ἐπὶ τῷ Ἄδωνι θρῆνος, ab HESYCHIO et Auctore *Etymologici Magni* exponitur.

(d) De feſto et luctu illo vid. BION *Smyrnaeus* in *Epitaph. Adonid.* PLVTARCHVS in *Alcib. et Nic.* PAVSANIAS in *Corinth.* c. 20. SVIDAS in *Lex.* ſub voc. Ἄδωνις, OVIDIVS *Metamorph.* L. X. v. 722. ſeq. MACROBIVS *Saturnal.* L. I. c. 21. AMMIANVS MARCELLINVS L. XIX. et XXII. PROCOPIVS *Gazaeus* in Ieſ. 18. NATALIS COMES in *Mytholog.* L. V. c. 16. ALEXANDER ab ALEXANDRO *Dier. gen.* L. VI. c. 19. POTTERVS in *Archaeolog Graec.* L. II. c. 20. MEVRSIVS in *Graecia Feriat.* L. I. PETR. CASTELLANVS de *Feſtis Graec.* in voc. Ἀδώνια, FASOLDVS in *Vet. Graec. Hierologia* Dec. I. Feſt. 4. VOSSIVS de *Idolol.* L. II. c. 4. I. C. DIETERICVS in *Antiquit. Bibl.* ad Ezech. 8, 14. I. H. VRSINVS in *Quaeſt. Bibl.* L. II. Quaeſt. 17. DOVGTAEVS in *Analect. V. T.* Excurſ. 101. SPENCERVS de *Leg. Hebr. Rit.* L. II. c. 24. Sect. I. SCHEDIVS de *Diis Germ.* p. 106.

IOH.

τὴν Ἑλλάδα φωνὴν, auctor eſt THEODORETVS, et Scriptor *Chronici Alexandr.* Θαμοὺζ, inquit, ὅπερ ἑρμηνεύεται Ἄδωνις. Idem ſentiunt PROCOPIVS in Ieſ. 18. HIERONYMVS in Ezech. 14. et in Epiſt. ad PAVLIN. de *Inſtit. Monach.* (e) BAR BAHLVL, Lexicographus Syrus, apud CASTELLVM in *Lex.* col. 3911. Ex recentioribus autem GYRALDVS de *Diis Gentil.* Syntagm. XIII. SELDENVS de *Dis Syr.* Synt. II. c. 11. REINESIVS in Diſſ. de *Deo Endouell.* VOSSIVS de *Idololatr.* L. II. c. 4. SCHEDIVS de *Diis German.* p. 104. HVETIVS in *Demonſtr. Euang.* Propoſ. IV. c. 3. WITSIVS in *Aegypt.* L. II. c. 2. §. 14. VITRINGA in Ieſ. 18, 1. CONR. MEL in *Antiquar. S.* p. 22. BVDDEVS in *Hiſtor. Eccleſ. V. T.* T. II. p. 702. ſeq. LAKEMACHER in *Antiquit. Graec.* p. 590.

§. VII.

Alii per *Thammuzum Oſirin*, Deum illum Aegyptiorum, intelligunt, quem à Typhone occiſum, Iſis, vxor eius, ingenti planctu requiſiuiſſe atque annuo luctu colendum inſtituiſſe fertur (f). In hac ſententia ſunt IVNIVS et PISCATOR ad Ezech. 8, 14. LE MOYNE in *Var. S.* T. II. p. 883. CHR. WORMIVS de *corrupt. Antiquit. Ebr.* L. I. p. 139. LEVSDEN in *Philol. Hebr. Mixt.* Diſſ. XLIII. AVG. PFEIFFERVS in *Dub. Vex.* ad l. c. P. M. ALBERTI in *Porta Ling. S.* p. 1202. ZELTNERVS in *Annotat.* ad Bibl. German. C. ABEL in *Hiſtor. Monarch. Antiqu.* p. 137. aliique.

§. VIII.

Sunt denique, quibus *Thammuz* non alius eſt ac *Bacchus*, notiſſimus ille Deus vini, qui vlulatibus primo Thebas ſe impleuiſſe

IOH. BRAVNIVS in *Select. S.* L. IV. §. 26. DEYLINGIVS in Diſſ. *de fletu ſuper Thammuz* §. 14. LAKEMACHER in *Antiqu. Graec.* p. 588. ſeq. ZORNIVS in *Biblioth. Antiqu.* p. 137. ſeq et p. 1126. ſeq.

(e) Quomodo et in Verſione Vulg. redditur, quam defendunt SANCTIVS, CORNELIVS a LAPIDE, MENOCHIVS, OSIANDER et LAVATERVS ad Ezech. l. c.

(f) De quo luctu PLVTARCHVS in *Iſide et Oſiride*, SVIDAS in Ὄσιρις, IVLIVS FIRMICVS de *Errore profan. relig.* HEINSIVS in *Ariſtarch. S.* c. 1. VOSSIVS l. c. SCHEDIVS de *Diis German.* p. 110. SPENCERVS l. c. Sect. 3. DEYLINGIVS in Diſſ. cit. §. 19.

Digitized by Google

uiſſe ait apud EVRIPIDEM in *Bacch.* v. 23. et à Bacchis lugubri funeſtoque vlulatu colebatur. (g) Statuunt ita LVTHERVS in *Gloſſa* ad Ezech. 8, 14. (quem defendit VRSINVS in *Quaeſt. Bibl.* L. II. Quaeſt. 18.) HEINSIVS in *Ariſtarcho S.* c. 1. DIETERICVS in *Antiqu. Bibl.* ad l. c. GVSSETIVS in *Commentar. Ling. Hebr.* p. 903. qui id aliquot argumentis adſtruxit, DILHERRVS in *Diſſ. Acad.* T. II. p. 664. ſeq. VAN DER WAEYEN in *Var. S.* p. 445. AMELIVS in Erörterung der ſchwereſten Schriftſtellen des A. T. P. II. p. 159. I. C. HEBENSTREIT in Diſſ. de *Bacchis* ad Ezech. 8, 14. qui poſt DILHERRVM huc quoque refert ritum illum, de quo Ezech. 8, 17. Conf. IOH. NICOLAI de *ritu Bacchanal.* c. 9.

§. IX.

Nomen תַמּוּז quod concernit, illud eſſe peregrinum, communis eſt ſententia. IVRIEVS tamen in *Hiſtor. Crit. Dogm. et Cult.* P. IV. c. 6. dictum putat pro תַם זו h. e. *perfectus ipſe:* quam coniecturam longe incertiſſimam merito iudicat BVDDEVS in *Hiſtor. Eccleſ. V. T.* T. II. p. 704. Nec melius eſt etymon a תמר *perpetuus fuit*, (permutato ר et ז,) cuius meminerunt BRAVNIVS in *Select. S.* L. IV. §. 69. MEL in *Antiquar. S.* p. 22. et DEYLINGIVS in Diſſ. laud. §. 6. Denique OL. RVDBECKIVS *Atlant.* T. II. p. 142. à Gothico Tämia, i. e. *domando, regendo*, id deducit perque *Regem* explicat.

§. X.

Plerique huius vocabuli natales in Aegypto quaerunt idemque eſſe putant cum Aegyptiaco Ἀμοῦς ſiue Ἀμμοῦς, i. e. *occultus*, ſub quo nomine Oſiris lateat, prouocantes ad teſtimonium PLVTARCHI

(g) Quare et ab OVIDIO *Metamorph.* L. IV. v. 15. *Eleleus* vocatur, a Graec. Aduerb. *Dolentis* ἐλελεῦ, vnde ἐλελίζομαι *deploro.* Vid. de hoc *vlulatu*, in Bacchanalibus vſitato, idem OVIDIVS L. III. 528. IV. 520. et XI. 17. 18. CLEMENS *Alexandr.* in *Admonit. ad Gentil.* IVLIVS FIRMICVS et HEINSIVS l. c. I. C. HEBENSTREIT in Diſſ. de *Bacchis* ad Ezech. 8, 14.

Digitized by Google

CHI in *Iſide* et *Oſiride:* (h) quod faciunt IVNIVS et TREMELLIVS ad Ezech. 8, 14. HOTTINGER in *Primit. Heidelb.* p. 393. LEVSDEN in *Philol. Hebr. Mixt.* Diſſ. XLIII. BRAVNIVS l. c. §. 68. 72. et 86. HILLERVS in *Onomaſt. S.* p. 598. et 663. CHR. WORMIVS loco ſupra adducto, ALBERTI in *Porta Ling. S.* p. 1202. DEYLINGIVS §. 6. et 7.

§. XI.

Verum enim vero huic ſententiae plurima obſtare videntur. I.) חַמּוּז et Ἀμᾶς vel Ἀμμᾶς admodum diſcrepant: nam, vt nihil dicam de littera ח, quam vox Hebraica habet, merito dubitatur de terminatione ᾶς, ſitne Aegyptiaca et originaria, an vero Graeca, imo potius falſa? quippe quae apud ſolum HESYCHIVM (i) occurrit, qui forſitan apud Ariſtotelem, (k) vnde is hanc vocem adducit, legens Ἀμμᾶν, credidit Nominatiuum eſſe Ἀμμᾶς; cum apud PLVTARCHVM Ἀμᾶν, apud HERODOTVM vero in *Euterpe*, et ORIGENEM *contra Celſum* L. V. Ἀμμᾶν ſaltem legatur: quocum certe magis congruit et Hebr. אָמוֹן vel הָמוֹן, et Graec. Ἄμμων, et nomen τῶν Ἀμμωνίων populorum, quod HERODOTVS ab Ἀμμᾶν deducit. Conf. pluribus IABLONSKI l. infra c. p. 160. ſeq. II.) Oſirin Aegyptiis Ἀμᾶν dictum fuiſſe, nusquam legitur; imo vero pleroſque credidiſſe, Ἀμᾶν apud Aegyptios eſſe nomen Iouis, diſerte affirmat PLVTARCHVS. HERODOTVS l. c. Ἀμμᾶν Αἰγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία, et Scholiaſtes PINDARI ad *Pyth.* IV. 28. Ἄμμωνα Λίβυες τὸν Δία προσαγορεύουσιν: vnde et נֹא אָמוֹן *Dioſpolis*, Nah. 3, 8. Conf. BOCHARTI *Phaleg* L. I. c. 1.

 §. XII.

(h) Vbi MANETHOS *Sebennita* Ἀμᾶν exponit *occultatum:* quae explicatio conuenit cum Chald. et Arab. חמא *texit*, *abſcondidit*, vel, vt HILLERO placet, cum Hebr. כמס *texit*, alias Chald. עמא *obſcuratus eſt*, Arab. עמי *opertus eſt*. Sed Ἀμᾶν et Θαμᾶν cum Hebr. טָמוֹן confert WORMIVS l. c. L. II. p. 59. Vid. tamen P. E. IABLONSKI *Pantheon Aegypt.* P. I. p. 179. ſeq.

(i) HESYCHIVS: Ἀμμᾶς, ὁ Ζεὺς Ἀριστοτέλει. Fortaſſis et hic legendum Ἀμμᾶν: HESYCHIVM enim innumeris mendis ſcatere, neminem fugit.

(k) Apud ARISTOTELEM tamen Philoſophum hodie vox illa fruſtra quaeritur.

§. XII.

Alii תַּמּוּז idem eſſe volunt cum *Thamoſis* vel *Amoſis*, nomine regis Aegypti, qui a PLATONE in *Phaedro* Θαμοῦς vocatur, ab Arabibus vero *Thamuſi*, et vt conſtat ex EVSEBIO de *Praeparat. Euang.* L. X. PHILASTRIO *Haereſ.* XXIII. et ABENEPHIO apud KIRCHERVM in *Oedipo Aegypt.* T. I. Syntagm. IV. c. 1. tempore Moſis in Aegypto regnauit: in quem optime quadrat deſcriptio DIODORI *Sic.* L. I. vbi *Amoſin* vt regem crudeliſſimum depingit. Haec ſententia arridet VRSINO in *Quaeſt. Bibl.* L. II. Quaeſt. 15. HVETIO in *Demonſtrat. Euang.* Propoſ. IV. c. 3. §. 4. ANDR. MÜLLERO in *Gloſſario S.* p. 4. PFEIFFERO in *Dub. Vex.* ad Ezech. 8, 14. et CASP. ABELO in *Hiſtor. Monarch. Antiq.* p. 137. Sed nulla plane eſt ratio, cur Iſraëlitae *Thamoſin* ſiue *Amoſin*, atrociſſimum gentis ſuae hoſtem, inter deos retulerint tamque impenſe coluerint. Falſum enim eſſe, quod ABENEPHIVS (l) refert, *Thamoſin* primum Oſiridis cultum inſtituiſſe indeque Iudaeos accepiſſe et ab illo tempore quotannis repetiiſſe, dudum notarunt WITSIVS in *Aegypt.* L. II. c. 2. §. 17. BRAVNIVS in *Select. S.* L. IV. c. 2. §. 16. et AMELIVS in Erörterung der ſchwereſten Schriftſtellen des A. T. T. II. p. 546. DAVID FLVD *à* GIFFEN in Epiſt. ad IOH. BRAVNIVM *ſuper fletu Thammus*, *Thammuz* compoſitum eſſe putat ex Hebr. תַּן, *draco, balaena*, et ex Aegypt. *μως*, *aqua*, (teſte PHILONE de *Vita Moſis*,) perque *Thammuzum* intelligit *crocodilum*; POCOCKIVS ex Arab. ذو نوسا, *dominus Nyſae;* denique I. L. FREY in Diſſert. de *coniungendo ſtudio LL. OO. cum ſtudio Graeco* §. 30. ex Arab. ذو نوسي h. e. *dominus uvarum*, deriuat.

§. XIII.

Nomen תַּמּוּז denique non eſſe peregrinum, ſed pure Hebraicum, vel ſolo hoc argumento Grammatico probatur, quod ei Articulus ה addatur, (m) quem certe Nomina Peregrina vix admittunt,

(l) Auctor dubiae fidei, vid. WOLFFII *Biblioth. Hebr.* T. III. p. 10. ſeq. et ZORNII *Bibl. Antiqu.* p. 133. ſeq.

(m) Sic Chald. et Syr. תַּמּוּזָא dicitur, in Statu Emphatico, qui Hebraeorum Articulo ה reſpondet.

tunt, quia ſic orirentur voces hybridae: non enim dicitur הָאֲשִׁימָא, הַבֵּל, הַנִּסְרֹךְ etc. cum contra nomina idolorum pure Hebraica Articulum illum non reſpuant: e. g. הָעַשְׁתָּרוֹת, הַבַּעַל, הַמֹּלֶךְ etc. Quod certo eſt indicio, תַּמּוּז eſſe vocabulum mere Hebraicum.

§. XIV.

Eſt autem illud non *Simplex*, ſed *Compoſitum*, qualia lingua Hebraica quam plurima habet: (n) idque ex נתן *dedit*, et ex inuſitato מוּז *vinum*, in linguis vicinis adhuc ſuperſtite. Eſt enim Arab. مزر, مزة et مانية *vinum*, ſic Perſ. مي (o), Aethiop. ሜስ፡ *ſicera*, *potus inebrians*, Graec. *μέθυ vinum*, *ſicera*, Lat. *muſtum*, *temetum*, German. Meth, Moſt, etc. vnde nec abludit Syr. ܡܘܙܐ et Arab. موز *muza*, *uva Damaſcena*, et Turc. بوزة *vinum factitium*, mutato *m* in *b*. Dicitur ergo תַּמּוּז pro תַּנְמּוּז, נ per Dages Forte ſequenti litterae inſerto. (p) Abiectio vero primae litterae radicalis *Nun* ſolennis eſt in illo Verbo. Hinc תַּמּוּז, et cum Articulo הַתַּמּוּז *datorem vini* ſignificat. Cui etymo nec lingua Aegyptiaca refragatur, ſi quis hoc nomen ex Aegypto originem ducere pertendat: Ϯ enim hodieque in lingua Coptica eſt *dare*, et hinc *dans* vel *dator*, (q) et *ἀμένθην* Aegyptiis ſignificaſſe *λαμβάνοντα καὶ διδόντα*, teſtatur PLVTARCHVS in *Iſide et Oſiride*, cuius vocabuli vltimam ſyllabam *θην* BOCHARTVS *Oper.* col. 830. recte confert cum Hebr. נְתַן. Huic ergo ſi addatur *muz*, in Aegyptiaca forſitan olim aeque ac in vicinis linguis vſitatum, (r) facile inde formabitur *Thammuz*.

 §. XV.

(n) Nominum *Propriorum Compoſitorum* Syllogen in *Onom. V. T.* Sect. X. dedi. *Appellatiuorum* vero compoſitionem, quam vulgo in dubium vocant, alibi, data occaſione, pluribus adſtruam. Vid. interim *Arcan. Form. Hebr.* Sect. IX. c. 3.

(o) Procul dubio pro ميبخ vel ميبز, vltima littera abiecta, vt alibi ſaepiſſime, vid. *Onom. V. T.* p. 589.

(p) Sicut in נָתַנּוּ pro נָתַנְנוּ, נָתַתִּי pro נָתַנְתִּי, et maiori anomalia, תַּתָּה pro נָתַנְתָּה etc.

(q) Sicut ⲟⲩⲣⲟ *regnare* eſt et *rex*, ⲛⲟϩⲉⲙ *liberatio* et *liberator* etc.

(r) Habuit enim lingua Aegyptiaca multas voces cum aliis linguis orientalibus communes, vt dudum obſeruatum eſt Philologis, vid. *Onom. V. T.* p. 566. ſeq. et add. I. B. PASSERII Diſſert. de *Hebraiſmo Aegyptiorum*, et eiusd. *Lexicon Aegyptio-Hebr.* in A. F. GORII *Symbolis litterar.* Vol. IV.

§. XV.

Iam vero quiuis intelliget, nomen *datoris vini* ex idololatrarum mente nemini conuenire, niſi Baccho. Quod vt magis liqueat, partim ex conuenientia Nominum ac Cognominum, quibus Bacchus paſſim venit, partim aliis argumentis probatum dabo.

§. XVI.

Eſt autem conuenientia illa vel *Significationis* vel *Soni*. Sicut enim תָמוּז Hebr. *datorem vini* notat, ſic Bacchus à Graecis vocatur *μεθυδώτης*, vt ab ORPHEO in *Hymnis*, it. in *Epigram.* L. I. p. 77. (pro quo apud *Etymologum* in Μεθυμναῖος occurrit *μεθυδότης*,) et *οἰνοδότης*, vt ab EVRIPIDE in *Hercul. Fur.* v. 682. Hinc *vinum* paſſim apud Poëtas vt *Bacchi munus* vel *donum* praedicatur: vt Graec. *Διωνύσοιο δῶρον* apud HOMERVM, *Διονύσια δῶρα* apud ATHENAEVM ex BACCHYLIDE, *δῶρα Διωνύσε* apud HESIODVM, *Διωνύσσε μέγα δῶρον* et *δῶρα Διονύσε* apud OPPIANVM, *δῶρα Λυαίε* in *Epigram.* *δῶρα Βάκχε* apud ORPHEVM in Fragment. Sic Lat. *munera Liberi* apud HORATIVM, *munera Bacchi* et *Bacchcia dona* apud VIRGILIVM, *Lenaea dona* apud STATIVM, *Bacchi dona* apud SILIVM, *dulcia Bacchi munera* apud CORIPPVM, etc.

§. XVII.

Ad illam nominis תָמוּז notionem etiam alia alludunt: vt quando Graec. *Διόνυσος* à PLATONE in *Cratylo* et ab Interprete HESIODI (s) deducitur *παρὰ τὸ διδόναι τὸν οἶνον*, q. d. *Διδοίνυσος*, quo et EVSTATHIVS ad HOMERI *Iliad.* VI. 132. reſpexit, inquiens: *Διόνυσος καθ' ἱστορίαν δοτὴρ οἴνε λέγεται*, cuius verba repetit PHAVORINVS in *Lex.* ſub *Διόνυσος*, it. quando vitis à THEODORO Poëta vocatur *οἰνοδότειρα*, et ipſe Bacchus *ὀλβοδότης* ab EVRIPIDE, *ἀγλαόδωρος* à NONNO, *τῶν ἡμέρων δένδρων δοτὴρ* à PHVRNVTO, *χαριδότης* (t) à PLVTARCHO, *laetitiae dator* à VIRGILIO: quo ſenſu

(s) Citante GYRALDO de *Diis Gentil.* p. 263. Locum tamen apud HESIODI Interpretes fruſtra quaeſiui.

(t) Quod H. STEPHANVS in *Theſauro Ling. Graec. laetitiae datorem* exponit, quaſi ſit à *χαρὰ gaudium.* Regularius tamen deducitur à *χάρις gratia*; quo ſenſu et ORPHEVS in *Hymn.* de Nymphis cecinit:

Σὺν Βάκχῳ Δηοῖ τε χάριν θνητοῖσι φέρουσαι.

ſenſu et HESIODVS in *Aſpid.* v. 400. canit: Οἷα Διώνυσος δῶκ' ἄνδρασι χάρμα καὶ ἄχθος.

§. XVIII.

Cum Hebr. תַּמּוּז *ſono* ſaltem conueniunt indeque deflexa videntur multa Bacchi Nomina ac Cognomina: vt ipſum Διόνυσος; ſic Θυωνεὺς, Θέοινος (u) apud HARPOCRATIONEM, vnde Θεοίνιος θεὸς apud HESYCHIVM, it. Μύστης in *Epigram.* Μίστης (x) apud ORPHEVM, Μεσαδεὺς apud PAVSANIAM, Ὠμηστὴς apud PLVTARCHVM, NONNVM et in *Epigram.* Ὠμάδιος apud ORPHEVM et EVSEBIVM. (y) In quorum deriuatione et explicatione fruſtra ſe torquent Graeci, cum potius ex תַּמּוּז ſint corrupta.

§. XIX.

Bacchum a Iudaeis ſub nomine *Thammuzi* cultum eſſe, praeter ea, quae HEINSIVS, DILHERRVS, GVSSETIVS et HEBENSTREIT locis ſupra citatis attulerunt, multa alia quoque probant. Nam I.) omnia fere vocabula, in Bacchi cultu obuia, ex Oriente aduecta ſunt. Ipſum nomen *Bacchi* eſſe ab Hebr. בכה *plorauit*, poſt HEINSIVM iamdudum obſeruatum eſt Eruditis, (z) vnde HESYCHIVS: Βάκχον, κλαυθμὸν Φοίνικες. Reliqua expoſita vide apud eundem HEINSIVM in *Ariſtarch. S.* c. I. BOCHARTVM in *Canaan* L. I. c. 18. DICKINSONVM in *Delph. Phoeniciſſ.* c. 10. CHR. WORMIVM de *corrupt. Antiq. Hebr.* L. I. c. 4. BARTH. MAYERVM in *Philolog. S.* P. II. c. 5. HENR. MVHLIVM in Diſſert. de *Orig. Ling.* p. 85. ſeq. et alios. II.) Bacchi cultus in vicinia Iudaeae obti-

(u) In quibus ſingulis ex הַבְּמוּז ob euphoniam abiectum eſt ם.

(x) Ex quo etiam *Miſes* pro *Miles* apud HIERONYMVM in *Epiſt. ad Laetam* legit HVETIVS in *Demonſtrat. Euangel.* p.m. 117.

(y) In quibus ה Hebr. omittitur, ſicut in *Vulcanus* ex *Thubalcain*, et ז vel in δ mutatur, vel per σ, σδ et στ effertur.

(z) Vt STEPH. MORINO in Diſſ. de *Cognat. Lacedaem. et Hebr.* p. 34. IOH. BRAVNIO in *Select. S.* L. IV. §. 57. HYDIO ad PERITSOLI *Itin. Mund.* p. 46. VAN DER WAEYEN in *Var. S.* p. 444. WORMIO l.c. GÜRTLERO in *Orig. Mund.* L. I. c. 16. §. 29. BARTH. MAYERO in *Phil. S.* P. II. p. 319. et 322. H. MVHLIO in Diſſ. de *Orig. Ling.* p. 84. DEYLINGIO in Diſſ. de *fletu ſuper Thammuz* §. 22.

Digitized by Google

obtinuit. Arabes enim coluiſſe Bacchum, HERODOTVS in *Thalia*, ARRIANVS de *Exped. Alex.* L. VII. c. 19. et ORIGENES *contra Celſum* L. V. referunt: quo fortaſſis pertinet *Baccha* idolum Meccanum, de quo BOCHARTVS in *Phaleg* L. IV. c. 2. Ab Arabibus Bacchi cultum ad Graecos tranſiiſſe, POCOCKIO in *Notis ad Specimen Hiſtor. Arab.* p. 107. et DICKINSONO l. c. probabile videtur. *Thammuzum* a Zabiis cultum eſſe, teſtatur MVHAMMEDES BEN ISAAC apud HOTTINGERVM in *Hiſtor. Orient.* p. 270. ſeq. et in *Primit. Heidelb.* p. 395. De Bacchi cultu apud Tyrios videndus eſt ACHILLES TATIVS L. II. Phoenices adeo omnium primos Bacchi ſacra inſtituiſſe, docet NATALIS COMES in *Mytholog.* L. V. c. 13. E Phoenice vero ſacra illa a Cadmo Phoenicio primum in Graeciam inducta eſſe, ex EVRIPIDIS *Bacchis* patet et pluribus demonſtratum eſt a BOCHARTO in *Canaan* L. I. c. 18. Conf. HEINSII *Ariſtarch. S.* p. 710. MAYERI *Philol. S.* P. II. p. 320. ſeq. et MARSHAMI *Can. Chron.* p. 124. Quamuis aliter ſentiant VOSSIVS de *Idololatr.* L. I. c. 19. et 27. atque HVETIVS in *Demonſtr. Euang.* p. 128. 237. et 369. ſecuti auctoritatem HERODOTI L. II. c. 49. NONNI in *Dionyſiac.* IV. 269. ſeq. et DIODORI SIC. L. I. et III. qui Bacchi cultum per Cadmum ex Aegypto in Graeciam allatum eſſe referunt. Contra Aegyptios Theologiam ſuam debere Phoenicibus, ſtatuunt HYDIVS ad PERITSOLI *Itiner. Mund.* p. 46. et VAN DER WAEYEN in *Var. S.* p. 443. ſeq. Ab iisdem ergo Phoenicibus Iudaeos quoque ſuperſtitionem iſtam didiciſſe, vero admodum ſimile videtur. III.) Non plane de nihilo fuit fama de Bacchi apud Iudaeos cultu, inter gentiles adeo peruulgata et pluribus, licet falſis, adornata a PLVTARCHO in *Sympoſ.* L. IV. Quaeſt. 5. add. et TACITVS *Hiſtor.* L. V. c. 5.

§. XX.

Neque tamen haec noſtra *Thammuzi* per *Bacchum* explicatio cum illorum mente pugnat, qui vel *Adonin* vel *Oſirin* intelligunt. Adonin enim et Bacchum eundem eſſe, iam dudum quidam

Digitized by Google

quidam apud PLVTARCHVM l. c. ex vtriusque cultus ſimilitudine collegerunt. Vnde procul dubio Bacchi nomina *Adoneus* et *Edonius*. Adonin multa communia habere cum Baccho, obſeruat HVETIVS in *Demonſtr. Euang.* Propoſ. IV. c. 3. §. 3.

§. XXI.

Oſirin porro non alium eſſe atque Bacchum, ipſi Aegyptii apud DIODORVM *Sic.* L. IV. contendunt et pluribus PLVTARCHVS in *Iſide et Oſiride* oſtendit. Idem tradunt EVSEBIVS de *Praeparat. Euang.* L. III. et SVIDAS in Ὄσιρις. Sic HERODOTVS in *Euterpe* de Oſiride: Τὸν δὲ Διόνυσον εἶναι λέγουσιν, et inferius: Ὄσιρις δέ ἐστι Διόνυσος κατ' Ἑλλάδα γλῶσσαν, et EVSTATHIVS ad HOMERI *Iliad.* III. 122. Ὄσιρις Αἰγυπτιστὶ ὁ Διόνυσος: vnde Bacchus a NONNO in *Dionyſiac.* l. c. Αἰγύπτιος, et ab AVSONIO in *Epigram.* XXVIII. Αἰγύπτου Ὄσιρις appellatur. (α) Bacchus enim fuit πολυώνυμος, vt diſerte ab ORPHEO in *Hymn.* et a SOPHOCLE in *Antigon.* v. 1231. vocatur. (β) Inde vero ſequitur, vt nec Oſiris et Adonis ab inuicem differant. Amathuſii proinde vtrumque nomen coniungebant, a quibus Ἄδωνις Ὄσιρις colebatur, teſte STEPHANO de *Vrb.* in Ἀμαθοῦς. (γ) Certe

(α) Ex recentioribus idem affirmant CVPERVS in *Harpocr.* p. 94. ſeq. HVETIVS l. c. GYRALDVS de *Diis Gent.* Synt. VIII. MONTACVTIVS in *Origin. Eccleſ.* T. II. p. 39. VOSSIVS de *Idolol.* L. II. c. 10. et 74. NATALIS COMES L. V. c. 13. I. C. DIETERICVS in *Antiqu. Bibl.* ad Ezech. 8, 14. MARSHAMVS in *Can. Chron.* p. 125. GÜRTLERVS in *Orig. Mund.* L. I. c. 16. §. 31. ſeq. GODWINVS in *Moſe* et *Aarone* L. IV. c. 2. §. 28. VAN DER WAEYEN l. c. p. 444. PFEIFFERVS in *Dub. Vex.* ad Ezech. 8, 14. HYDIVS ad PERITSOLI *Itin. Mund.* p. 46. ALBERTI in *Porta Ling. S.* ſub תמוז, SEGVINVS in *Select. Numiſm.* p. 157. ſeq. H. I. BASHVYSEN in Diſſ. de *Iſide* P. II. §. 7. et 11. BVDDEVS in *Hiſtor. Eccleſ. V. T.* Tom. II p. 702. ABEL in *Hiſtor. Monarch.* L. I. c. 3. §. 7.

(β) Vid. OVIDII *Metamorph.* IV. 11. ſeq. et AVSONII *Epigram.* XXIX. et conf. ALEXANDER ab ALEX. *Dier. Gen.* L. VI. c. 4. NATALIS COMES l. c. IVLIVS AVRELIVS de *Cognom. Deor.* L. III. c. 5. DEMSTERVS ad ROSINI *Antiqu. Rom.* L. II. c. 11. SCHEDIVS de *Diis German.* Syngr. I. c. 4. et IABLONSKIVS in *Panth. Aegypt.* P. I. p. 128. ſeq.

(γ) Conf. SELDENVS de *Dis Syr.* Synt. II. c. 11. VOSSIVS l. c. HVETIVS p. 103. et 208. MARSHAMVS in *Can. Chron.* p. 31. WITSIVS in *Aegypt.*

 L. II.

Certe vterque Phoenicius fuit, vid. BRAVNIVS in *Select. S.* L. IV. §. 73. et WORMIVS de *corrupt. Antiquit. Hebr.* L. I. p. 142. (δ) Oſiridis ſepulcrum penes ſe eſſe, Bybliénſes iactant apud LVCIANVM de *Dea Syra.* Septima dies menſis Tybi Aegyptiis dicebatur *ἄφιξις Ἴσιδος ἐκ Φοινίκης*, teſte PLVTARCHO de *Iſid. et Oſir.* Thammuz ergo, Bacchus, Adonis, Oſiris, vnus idemque deus fuit.

§. XXII.

Sub ſingulis autem nihil aliud latuit, quam ſol, commune illud omnium fere gentium numen, vt videre eſt ex ORPHEI *Hymn.* EVSEBII *Praeparat. Euang.* L. III. c. 15. et MACROBII *Saturnal.* L. I. c. 20, 21. et 23. add. CVPERVS in *Harpocr.* p. 87. ſeq. IARKIVS ad SCHEDIVM l. c. p. 77. et I. A. FABRICIVS in *Bibliogr. Antiqu.* c. 8. §. 13. Adonin non alium eſſe quam ſolem, poſt MACROBIVM c. 21. oſtenderunt VOSSIVS de *Idololatr.* L. II. c. 4. HEINSIVS in *Ariſtarcho S.* p. 714. et WITSIVS in *Aegypt.* L. II. c. 2. §. 16. Sol enim ab Orientalibus ſub nomine *Domini* (ε) colebatur, vid. Ven. SCHLICHTERI *Decim. S.* p. 146. et noſtrum *Onom. V. T.* p. 591. Oſiris (ϛ) apud Aegyptios ſimiliter ſolem referebat, vt ex DIODORO *Sic.* L. I. PLVTARCHO et MACROBIO l. c. conſtat. Conf. SCHEDIVS l. c. p. 130. Oſirin a quibusdam Σείριον cognominari, idem DIODORVS teſtatur: eſt autem *Σείριος ſol*, vnde HESYCHIVS: Σείριος ὁ ἥλιος,

L. II. c. 2. §. 15. IVRIEVS in *Hiſtor. Crit. Dogm. et Cult.* p. 684. ſeq. TRIGLANDIVS in *Coniectan. de Dodone* c. 1.

(δ) *Iſiris* Phoenicius, frater Chna, memoratur SANCHVNIATHONI apud EVSEBIVM de *Praepar. Euang.* L. II.

(ε) Hebr. אָדוֹן, vnde Ἄδωνις. HESYCHIVS: Ἄδωνις, *δεσπότης ὑπὸ Φοινίκων.*

(ϛ) Cum nomine *Oſiris* conuenit *Aeſar*, nomen Dei apud Hetruſcos: hoc vero eſſe ab אֲצַר, אֲצַר vel אֲצַר, quod in Nominibus Propr. Chald. de *ſole* adhibetur, in *Onom. V. T.* p. 569. notauimus.

Digitized by Google

ὁ ἥλιος, pro quo apud SVIDAM: Σιρὸς ὁ ἥλιος. (η) Bacchus idem cum ſole eſſe iam Veteribus creditus eſt. *Etymologus* in Διόνυσος: Παρὰ γὰρ Ἠλείοις ὁ αὐτὸς τῷ ἡλίῳ νομίζεται. VIRGILIVS *Georg.* I. 5. 6. 7.

- - - - - *Vos o clariſſima mundi*
Lumina! labentem coelo qui ducitis annum;

Liber et alma Ceres --- Plura loca hanc in rem ex ARISTIDE, DIODORO *Siculo*, MACROBIO, OVIDIO, ARNOBIO, EVSEBIO, CHRYSOSTOMO, SERVIO aliisque congeſſit CVPERVS in *Harpocrat.* p. 91. ſeq. Bacchi cum ſole conuenientiam oſtendit I. C. HEBENSTREIT in Diſſ. de *Bacchis* §. 17. ſeq.

§. XXIII.

A *Thammuzo* illo nomen accepit menſis Hebraeorum *Thammuz*, in quem ſolſtitium aeſtiuum incidit, Hebr. תְּקוּפַת תַּמּוּז, et fletus ille muliebris ſuper *Thammuzo* Ezech. 8, 14. (ϑ) Feſtum itaque *Thammuzi* in ſolſtitio illo celebrantes, nihil aliud indicare voluerunt, quam ſolis receſſum, quem vt amiſſum lugebant. (ι) Aegyptios luctum Oſiridis inter alia inſtituiſſe,

 quod

(η) Vid. pluribus GYRALDVS de *Diis Gentil.* Syntagm. VIII. p. 280. VOSSIVS l. c. c. 10. SELDENVS de *Dis Syr.* Synt. I. c. 4. HVETIVS p. 103. KIRCHERVS in *Obeliſc. Pamphyl.* L. III. c. 7. GOLIVS ad ALFERGAN. p. 18. IVRIEVS in *Hiſtor. Crit. Dogm. et Cult.* p. 523. VAN DER WAEYEN in *Var. S.* p. 301. et IABLONSKIVS l. c. p. 125. ſeq.

(ϑ) Aegyptii tamen Oſirin ſuum lugebant menſe Athyr, qui in Nouembrem noſtrum incidit, vnde ſacrorum Thammuzi et Oſiridis diuerſitas colligi poſſet: vid. ergo, quae reſpondet SELDENVS l. c. Synt. II. c. 11.

(ι) Qua de re HIERONYMVS ad EZECH. 8, 14. NATALIS COMES L. V. c. 16. VRSINVS in *Quaeſt. Bibl.* L. II. Quaeſt. 15. SELDENVS l. c. SCHEDIVS de *Diis German.* p. 108. ſeq. VOSSIVS de *Idol.* L. II. c. 10. IVRIEVS l. c. P. IV. c. 7. HYDIVS ad PERITSOL. p. 46. GODWINVS in *Moſ. et Aar.* L. IV. c. 2. §. 27. CVPERVS l. c. p. 106. ſeq. BRAVNIVS in *Select. S.* L. IV. §. 99. VITRINGA in Ieſ. 18, 1. WITSIVS in *Aegypt.* L. II. c. 2. §. 16. VAN DER WAEYEN in *Var. S.* p. 445. AMELIVS in Erörterung der ſchwereſten Schriftſtellen A. T. T. II. p. 547.

Digitized by Google

quod dies minor fiat nocte, quando ſcil. tenebrae creſcunt lucisque ſuperatur et tabeſcit vis, teſtis eſt PLVTARCHVS in *Iſide et Oſiride.* Idem latet ſub fabula de Adonide, ſex menſes apud Proſerpinam totidemque apud Venerem commorante, de qua ORPHEVS *Hymn. in Adonid.* PROCOPIVS in Ieſ. 18. Scholiaſtes THEOCRITI ad *Idyll.* III. 44. MACROBIVS *Saturnal.* L. I. c. 21. HYGINVS *Aſtron. Poët.* L. II. c. 7. et NATALIS COMES l. c. (x).

(x) Simili ratione gentes ſeptentrionales olim ſolis diſceſſum lugebant, vt oſtendit RVDBECKIVS *Atlant.* T. II. c. 5. p. 226. ſeq. qui eo inter alia refert PLVTARCHI in libello *de his, qui ſero puniuntur*, verba: *Neque Barbaros ad Eridanum* (Mare Balthicum) *accolentes laudamus, qui Phaëthontem* (ſolem) *atris veſtibus amicti lugent.* E contrario eosdem populos redeuntem ſolis ſplendorem ſingulari tripudio excepiſſe, teſtatur OLAVS MAGNVS de *Gentibus ſeptentrionalibus* L. XV. c. 8. vnde RVDBECKIVS l. c. ſeptentrionalium feſtum, *Iul* dictum, deriuat. Idem de incolis inſulae Thules tradit PROCOPIVS *Hiſtor. Goth.* L. II. Hyperboreos ſingulis ſaltem vndevicenis annis in Apollinis (i. e. ſolis) apparitione cithara ceciniſſe noctu et choreas agitaſſe continuo ab aequinoctio verno ad Pleiadum vsque exortum, ex HECATAEO aliisque refert DIODORVS *Sic.* L. II.

DISSER-

DISSERTATIO II.

DE

ITINERARIORVM ORIENTALIVM VSV

IN

PHILOLOGIA SACRA, ANTIQVITATIBVS BIBLICIS ET HISTORIA ECCLESIASTICA.

Digitized by Google

Digitized by Google

§. I.

Varia media et methodi exponendi S. S.

Ex quo tempore artes ac ſcientiae, ignorantiae et barbariei ſitu antea quaſi obductae, nitori ſuo reſtitui coeperunt, varia media atque methodi exponendi et illuſtrandi ſacras litteras excogitatae ſunt et adhibitae. Quidam enim ad Iudaeorum ſcripta, alii ad Auctorum profanorum monumenta confugerunt indeque voces, phraſes et antiquitates ſacras nobis dederunt explicatas. Fuere, qui ex linguarum orientalium penu Hebraicam matrem locupletiorem reddere variisque Scripturae S. locis lucem accendere ſategerunt. Alii denique alias hypotheſes ex ingenio adornarunt ſuo: de quibus tamen plura nunc addere lubens ſuperſedeo.

§. II.

Quidam in Orientem profecti, plurima annotarunt, quibus S. Codex illuſtrari poteſt.

At vero ex *Itinerariis* ſiue *libris hodoeporicis* ſacrum Codicem illuſtrari poſſe, non ita multis obſeruatum eſt. Non deſunt quidem, qui per itinera, in Orientem facta, plurima annotarunt, vnde multa Scripturae S. loca lucem accipiant. Primus, qui data opera animum huc attendit, quantum quidem memini, fuit CHARDINIUS, nobilis Gallus, qui ſeculo ſuperiore in terras orientales profectus, *Obſeruationes in varia Scripturae S. loca* collegit, prout ipſe in Praefatione *Itinerarii* ſui *Perſici* teſtatur: cuius verba, ex Gallico Latine reddita, quia ad ſcopum noſtrum apprime faciunt, in medium proferre haud incommodum fuerit. „*Hae notae*, inquit ille, *ſunt ſpecies* Obſeruationum *in plurima* „*loca, quorum ſenſus praecipue à cognitione morum rituumque orien-* „*talium dependet. Conſtat enim, Orientem ſcenam quaſi eſſe omnium* „*hiſtoriarum Biblicarum. Lingua diuini huius libri, imprimis*

„*Veteris*

„*Veteris Teſtamenti, cum ſit orientalis, ſaepiſſime* hyperbolica *eſt* „*totaque* figurata, *etiam in ſermonibus maxime vulgaribus, et in* „*locis* metricis *ac* propheticis *omnis generis* tropis *referta: vnde* „*neceſſario ſequitur, ſcripta ſacra intelligi non poſſe absque cognitione* „*illarum rerum, vnde hae figurae deſumtae ſunt: vt ſunt qualitates* „*naturales et mores regioni alicui peculiares.* Et paulo poſt ſic „pergit: *Aliter ſeſe habet res in Aſia; ac in Europa noſtra, vbi* „*mores vel magis vel minus mutantur, ſiue id fiat in veſtimentis,* „*ſiue in aedificiis, ſiue in alia re quacunque. In Oriente ſecus ſe res* „*habet. Ibi in omnibus fere et vbique conſtantes eſſe ſolent. Veſti-* „*menta ibi hodienum talia ſunt, qualia ante plurima fuerant ſecula:* „*id quod fidem nobis facit, in hac orbis terrarum parte externas* „*rerum formas, mores, habitus, loquendi formas, per annos bis mille* „*eadem fuiſſe, qualia adhuc apparent.* Sed dolendum eſt, has CHARDINII *Obſeruationes* in deperditis haberi, cum publicam lucem nunquam viderint. Idem conſilium placuit HENRICO MAVNDRELLIO, Societati Anglicanae, Alepi mercaturam facienti, quondam à concionibus ſacris, qui in deſcriptione itineris, anno 1696. in Terram S. ſuſcepti, plurimis Scripturae locis illuſtrandis operam nauauit. Simile quid molitus eſt SICARDVS, Societatis Ieſu Miſſionarius, qui ante complures annos in Aegypto commoratus, in *Nouis Relationibus Miſſionis* illius Ordinis (a) hiſtoriam exitus Iſraëlitarum ex Aegypto et tranſitus eorundem per mare rubrum nobis reliquit, eoque multis ſacri Codicis locis haud exiguam affudit lucem. Eadem opera defunctus eſt THOMAS SCHAW, Anglus, qui in deſcriptione itineris, per Africam et Aſiam facti, plurimas Textus S. pericopas illuſtrauit. Haud ita pridem quoque Rev. STEPHANVS SCHVLZIVS noſter eandem viam ingreſſus eſt in *Archaeologia S. variis Diſquiſitionibus ex itinere orientali illuſtranda.* Quibus et alii plures addi poſſent, qui obiter *Itinerariis* ſuis Biblicas quasdam Obſeruationes hinc inde interſperſerunt.

§. III.

(a) *Nouveaux Memoires des Miſſions* Part. VI.

§. III.

Sed poteſt quoque S. S. illuſtrari ex libris hodoeporicis.

Aliud vero eſt, ſi quis *Itineraria*, ab aliis conſignata, ita in vſus ſuos conuertit, vt res memoratu digniores, quotquot ad litterarum et Antiquitatum ſacrarum illuſtrationem facere quodammodo videntur, ſedulo annotet atque colligat. Hac ratione Theologiae cultores maximam vtilitatem ex libris hodoeporicis haurire poſſe; cum multorum Scripturae S. locorum ſenſus atque explicatio ex cognitione rerum orientalium dependeat, iam GODOFR. GOTTSCHLINGIVS monuit: (b) quibus conſentanea habet IOH. KAHLERVS. (c) Muhammedanorum hodiernorum vitae rationem et linguam optimum Veteris Teſtamenti eſſe Commentarium, SIMON OKLEY, linguae Arab. in Academia Cantabrigienſi quondam Profeſſor, aſſerere haud dubitauit. (d) In *Antiquitatibus S.* quae recentiores Periegetae de conſuetudinibus populorum orientalium ſubinde referunt, non ſine fructu conferri, CONR. IKENIVS grauiter admodum iudicat, (e) et iam dudum G. G. ZELTNERVS in praelectionibus Antiquitatum Hebr. auditoribus ſuis idem inculcauit. (f) Defectus *Hiſtoriae Naturalis* et *Philologiae S.* itinere, in Palaeſtinam Arabiamque ſuſcepto, ſarciri poſſe, Celeberrimus Goettingenſium Philologus I. D. MICHAELIS pluribus docuit. (g)

§. IV.

Cuius rei quidam ſpecimina dederunt.

Pauciſſimi tamen huius rei ſpecimina nobis dederunt: quos inter Anonymus quidam, qui in *Obſeruationum* Sylloge, ſub titulo: Berliniſche Hebopfer, per partes ab anno 1736. edita, ſpecimen

(b) In Diſſertat. de *libris hodoeporicis* (hab. Lipſ. an. 1703.) § 9.

(c) In Diſſertat. de *linguis et ſcientiis Theologiae ancillantibus* (hab. Rintel. an. 1720.) p. 34.

(d) In Praefat. ad *Deſcript. Barbariae Meridionalis.*

(e) In Prolegom. *Compendii Antiquit. Iudaic.* §. 12. et in Diſſert. de *perforatione aurium Meſſiae* ad Pſ. 40, 7. quae exſtat in eius *Diſſertationibus Philol. Theol.* p. 221.

(f) Vid. *Acta Hiſtor. Eccleſ.* Vol. V. p. 87.

(g) In *Commentar. Societ. Reg. Scient. Goetting.* T. III.

Digitized by Google

cimen obſeruationum in S.S. ex DAMPIERO cum orbe erudito communicauit, (h) et Ven. E. L. RATHLEFIVS in Epiſtola de *ſacris litteris ex inſtitutis Arabum Scenitarum illuſtrandis*, ad HENR. PHIL. GVDENIVM data an. 1736. (i) qui et eius rei ſpecimina dedit tum paſſim in Collectione *Eskuchiana*, ſtatim citanda, tum in Collectione ſcriptorum, ſub nomine *Theologi* per partes edita, de anno 1755. P. XLVI. p. 720. ſeq. Luculentius autem et ex inſtituto idem argumentum tractare coeperat FRID. MATTH. LVFFTIVS, Diaconus Furthenſis, qui in *Illuſtrationibus Biblicis, ex variis orientalibus aliisque Itinerariis* congeſtis et Germanice editis, (k) plurima Scripturae loca illuſtrauit: cuius elegantiſſimi pariter atque vtiliſſimi opuſculi optata fuit continuatio. Continuationis tamen vicem quodammodo praeſtant B. L. ESKVCHII *Tentamina illuſtrationis S. S. ex Itinerariis orientalibus*, ab anno 1745. edi coepta, ſub titulo: Erläuterung der H. Schrift aus den Morgenländiſchen Reiſe-Beſchreibungen, qui et Tentam. VII. quaedam ex ſcriptis LVFFTII poſthumis inſeruit. Illis iungimus A. B. L. CARSTENII Erläuterte Schriftſtellen, aus des Engeländers D. THOMAS SCHAW Reiſe-Beſchreibung zuſammen getragen, edit. an. 1746.

§. V.

Inſtituti noſtri ratio.

Iam dudum eſt, ex quo et mihi, in concinnando *Onomaſtico V. T.* verſanti, *Itineraria orientalia* maximi eſſe vſus viſa ſunt non tantum in *Philologia S.* et *Antiquitatibus Biblicis*, ſed in *Hiſtoria* quoque *Eccleſiaſtica:* (l) cuius rei ſpecimina quaedam cum orbe erudito communicare placet. Quod antequam fiat, duo habeo praemonenda: primum quidem, *Itineraria*, à Pontificiis, praeſertim

(h) P. I. p. 103. ſeq.

(i) Quam ex Latino Germanice redditam exhibet B. L. ESKVCHE loco ſtatim citando Tentam. XI. (k) Norimbergae an. 1735.

(l) Scriptores etiam profanos ex *Itinerariis* illuſtrari poſſe, oſtendit I. W. MVNKERVS in den merckwürdigen Stellen der alten Profan-Scribenten, aus neuern Reiſe-Beſchreibungen erläutert.

Digitized by Google

praeſertim illitteratis, conſcripta, exigui hic eſſe vſus: iſti enim vt plurimum de locorum ſacrorum et *Reliquiarum,* quas vocant, cultu ſuperſtitioſo ſaltem ſolliciti, alia omnia parum aut nihil penſi habent. Deinde, *Itinerariis orientalibus* etiam iungenda velim *Aegyptiaca,* quae et ipſa S. Scripturam non raro illuſtrare deprehenduntur, maxime cum etiam Veterum nonnulli *Aegyptum* Aſiae ſiue regionibus orientalibus accenſuerint.

§. VI.

Itinerariorum orientalium vſus in Philologia S. *quis?*

Itinerariorum orientalium vſum in *Philologia S.* illum dico, quo vel ſeparata vocabula vel integrae phraſes et loca Scripturae luci ſuae reſtituuntur. Nomina ſigna ſunt rerum, et multae locutiones ſacrae vel ad regionis alicuius ſitum et qualitatem, vel ad receptas conſuetudines vel ad aliud quid alludunt. Quotiescunque ergo Nominis alicuius explicatio cum re, in Oriente adhuc obuia vel fieri adhuc ſolita, conſpirat, toties de veritate illius non eſt quod dubitemus. Cuius rei in *Appellatiuis* aeque ac *Propriis* plurima exempla ſuppetunt.

§. VII.

Exemplum I. in Nominibus Appellatiuis.

Simſonem, inauditae illum fortitudinis heroëm, ad damnum hoſtibus Philiſthaeis inferendum, trecentas cepiſſe שׁוּעָלִים, h. e. *vulpes*, vt recte exponitur, easque caudis colligatas ac facibus inſtructas in illorum immiſiſſe ſegetes, Iud. 15. legimus. Hiſtoria haec diuinae veritatis hoſtibus et irriſoribus magno ſemper offendiculo fuit, eo quod intellectu difficile videatur, qua ratione, quaue arte Simſon tanta vulpecularum turma potiri potuerit. Quae cauſa eſt, cur nonnulli de alia expoſitione Nominis שועלים cogitauerint, vt vel *Gentile* ſit, vel *manipulos* vel aliud quid ſignificet; ſed contra vſum vocis, alibi in Scriptura receptum. (m) *Vulpium* nomen etiam animal illud complecti

(m) Qua de re vid. pluribus noſtrum *Arcanum Formarum Nom. Hebr.* p. 209. et *Onomaſticum V. T.* p. 622.

Digitized by Google

potuiſſe, quod Turcae et Perſae *Schagal* ſiue *Schiagal*, recentiores Graeci σκύλακας (n) vocant, eodem plane nomine cum Hebr. שׁוּעָל, iam dudum ſummus BOCHARTVS obſeruauit, (o) cui et אִיִּים apud Ieſajam c. 13, 22. c. 34, 14. (Arabibus *filii* vel *filiae awi*, et Graecis priſcioribus θῶες,) idem genus animalium eſſe videntur. Beſtia illa vulpi eſt ſimillima interque canem et vulpem quaſi media, in toto Oriente obuia, (p) et quod imprimis notandum, gregatim diſcurrens, vt, teſte BELLONIO, (q) aliquando ducentae in vnum gregem coëant. Prope Caeſaream Palaeſtinae frequentiſſimas eſſe, auctor eſt ALBERTVS MAGNVS, (r) et FRANC. FERD. TROILO, Nobilis Sileſius, refert, ſe Rama verſus campum Esdrelon profectum, in huius generis incidiſſe animalia. (s) Patria Simſonis fuit Zarea, in vicinia regionis Philiſthaeorum ſita, cui proxima erat *Schaalbim*, vrbs ab iisdem animalibus denominata. Potuit ergo Simſon beſtias, quibus tractus ille hodienum abundat, ope cadaueris, quod illae auidiſſime ſectantur, noctu, vbi vicos vrbesque obire ſolent, in aream quandam vel alium locum ſeptum illectas, facili cepiſſe negotio. Simile quid in *Relationibus Malabaricis* (t) de viro quodam Tranquenbarienſi legere eſt, qui animi gratia centum fere eiusmodi animalia cepit, quae ille poſtea, nolis earum collo appenſis, libere dimiſit. Ecce tibi rem cum nomine ſuperſtitem et adhuc in Oriente fieri ſolitam!

§. VIII.

Exemplum II.

Addam aliud exemplum. Vocabulum Hebr. קָלִי, in V. T. Codice ſaepius occurrens, vi originis *toſtum* quid ſignificat:

(n) Batavi ea corrupte vocant *Iackbälſe*, et paſſim eorundem mentionem iniiciunt ſcriptores hodoeporici: vt CHARDINIVS P. I. p. 131. ſeq. MYLLERVS p. 379. CHRIST. LANGHANS p. 413. LE BRVN c. 46. etc.

(o) *Hieroz.* P. I. L. III. c. 12. et 13.

(p) Conf. *Onom. V. T.* p. 482.

(q) *Obſeruat.* L. II. c. 108.

(r) Apud BOCHARTVM l. c. c. 12.

(s) *Itinerar. Orient.* p. m. 107. 108.

(t) Continuat. XLVIII. p. 1641.

cat: quidnam autem in ſpecie illud ſit, Orientales nos doceant. Sunt, qui fabas illas toſtas, vnde potus notiſſimus, Orientalibus *Cabwe* dictus, coqui ſolet, intelligunt: (u) quae ſententia vel ideo explodenda eſt, quod fabae illae toſtae inuentum ſint longe recentius. Miror, nouatores iſtos non etiam in Codice S. reperiſſe herbam illam, quam *Nicotianam* vocamus. Interpretes Graeci Leuit. 23, 14. קָלִי per πεφρυγμένα χίδρα νέα reddunt: ſunt autem χίδρα, prout ex ATHENAEO (x) et ex eruditis CASAVBONI in eum *Animaduerſionibus* conſtat, *grana tritici toſta.* Certe in *Tarich Sejach* ſiue *Chronico Peregrinantis*, (y) quod I. C. CLODIVS ex Turcico Latine conuertit, Aghwani, Indiae populi, ex *toſto* in ſartagine *tritico* victitare narrantur. Non minorem veri ſpeciem prae ſe fert opinio, in quam venit IONAS KORTE, qui in Oriente commoratus, prouenire ibi vidit genus quoddam fabarum ſiue piſorum, quod ab incolis vel recens vel aridum, ſed igne toſtum, comedi ſolet. Hoc ipſum eſſe illud קָלִי, firmiter ille ſibi perſuaſum habet. (z) Crediderim, piſa haec eſſe cicerum illud genus, Africanis *Garvanſos* et, vbi toſtum eſt, *Leb-Lebbi* dictum: de quo THOMAS SCHAW in *Itinerario* ſuo, (α) qui Hebraeorum קָלִי *cicer* eiusmodi *frixum* eſſe putat, cicerumque frixionem Graecis quoque ac Romanis vſitatam fuiſſe obſeruat. Idem monet IOH. ROD. GRVNERVS de *Primitiarum oblatione ac conſecratione.* (β)

§. IX.

Exemplum III.

Ex N. T. exemplo nobis ſint κεράτια, quibus iuxta parabolam euangelicam (γ) filius perditus cum porcis ſaturari cupiebat. Vulgo quidem *ſiliquas leguminum* intelligunt. Sed κεράτια

(u) Conf. *Arcanum Form. Hebr.* p. 100. *Onom. V. T.* p. 614. et *Lexicon* noſtrum *Hebr.* ſub h. v.

(x) L. XIV. c. 16.

(y) Pag. 13.

(z) *Itinerar.* p. 218. ſeq.

(α) P. II. p. 288. ſeq.

(β) Cap. VI.

(γ) Luc. 15, 16.

ϱάτια illa eundem eſſe fructum, quem Orientales *charub* et *charnub*, nos *panem S. Iohannis* vocamus, poſt BOCHARTVM, (δ) SALMASIVM (ε) et STEPHANVM LE MOYNE (ζ) complures alii demonſtrarunt. (η) Cum nomine ipſa res conuenit, hodienum in terris illis obuia et fieri adhuc ſolita. Κεϱάτια illa Ioppen inter et Hieroſolymam adeo copioſe prouenire, vt etiam pecoribus in pabulum cedant, teſtis eſt LEONH. RAVCHWOLFFIVS, (ϑ) diligens rerum naturalium illorum locorum ſcrutator. Quibus ſubiicere placet, quae IOH. COTOVICVS de inſula Cypro ſcriptum reliquit. (ι) *Peringentes*, inquit ille, *hic iuxta littus „cernas ſiliquarum congeries, inſtar montium coaceruatas, quibus „naues quandoque integras onerant. Ob maximam vero horum „fructuum vbertatem vili admodum conſtant pretio et animalibus „in cibum cedunt, quae his tanquam gratiſſimo pabulo ſaginantur.*

§. X.

Exemplum IV. in Nominibus Propriis.

In *Nominibus Locorum Propriis Itineraria* ſaepiſſime appellationis rationem ſuppeditant: cuius rei exempla ex V. T. cum iam in *Onomaſtico* meo abunde dederim, (κ) ex Nouo vnicum ſaltem nobis ſufficiat. Notus eſt ex hiſtoria euangelica locus, haud procul Hieroſolymis ad montem Oliueti ſitus, nomine *Bethphage*, quod tantum non omnes ex Hebraico vel potius Talmudico בֵּית פַּגֵּי *locum groſſorum* ſiue *ficuum* interpretantur. Nominis rationem ipſa res confirmat: nam et olim tractus ille *ficuum*

(δ) *Hieroz.* P. I. Lib. II. c. 57.

(ε) *Exercitat. Plin.* p. 327. et *Homonym. Hyles Iatr.* c. 82.

(ζ) Prolegom. ad *Varia S.* p. 76.

(η) Vt SAVBERTVS in *Operibus poſthum.* p. 205. ſeq. I. C. KIRCHMAIERVS in Diſſ. de *cibo Iohannis Bapt. et filii nequam*, DAN. LVNDIVS in Diſſ. de *vocis* κεϱατίων *ſignificatu*, IES. HELDT in Diſſ. II. de *vita et victu filii prodigi*, etc.

(ϑ) *Itinerar.* p. 646.

(ι) *Itinerar.* p. 92.

(κ) Vid e. g. אַדְמָה, בֵּית לֶחֶם, גַּת, דַּמֶּשֶׂק, דֹּתָן, חוֹרֵב, יִזְרְעֶאל, יָפוֹ, כַּרְמֶל, לִבְנָה, לְבָנוֹן, מֵרוֹם, עַכּוֹ, קָנָה, רִמָּה etc.

ficuum fuiſſe ferax, ex hiſtoria ficus, cui Seruator maledixit, (λ) colligitur, et hodienum vallem ad montem Olitueti ipſumque montem illum *ficubus* abundare, Scriptores *Itinerariorum* teſtantur. (μ)

§. XI.

Exemplum V. in integris phraſibus.

In explicandis praeterea et illuſtrandis integris phraſibus locisque Scripturae *Itineraria* maximi eſſe vſus, infinitis exemplis demonſtrari poſſet. Vnum ſaltem atque alterum in medium proferam, vnde de totius rei veritate conſtare poterit. In hiſtoria praelii, Gen. 14. memorati, Scriptor diuinus *fouearum bituminis*, in valle Siddim frequentium, mentionem iniicit. Atqui hodienum ad latus maris mortui boreale ſabulo ſubeſſe nigrum foetidumque quoddam lutum, picis inſtar viſcoſum, vt loca adeo illa adituris opus ſit ducibus, viarum peritis, ne in eiusmodi foueis profundis inque luto illo, ſub arena latente, haereant, vnde emergere difficillimum ſit, referunt MARTINVS *à* BAVMGARTEN, (ν) TROILO, (ξ) MYLLERVS, (ο) TAVERNIERVS, (π) BORCHARDVS (ρ) et CAR. THOMSON. (σ) Verba itaque Hebraica Gen. 14, 10. וַיִּפְּלוּ שָׁמָּה *et ceciderunt illuc*, non aliud volunt, quam quod pars exercitus fugientis in foueas illas inciderit in iisque haeſerit: alioquin *foueas* illas memorare quid opus erat?

§. XII.

Exemplum VI.

Idem ſcriptor diuinus, Moſes, vt terram promiſſam commendet et è contrario Aegyptum deterioris conditionis eſſe oſtendat, agros Aegypti ad inſtar horti olerum proprio labore rigandos eſſe dicit. (τ). Quod quomodo intelligendum ſit, *Itineraria* nos doce-

(λ) Matth. 21, 19. (μ) Qua de re vid. pluribus ſupra in *Onomaſt. N. T.* p. 43.
(ν) *Itinerar.* L. II. c. 12. (ξ) *Itinerar.* p. m. 451.
(ο) *Itinerar.* p. 199. (π) P. I. L. II. c. 7.
(ρ) *Deſcript. Terrae S.* c. 7. §. 35.
(σ) *Itinerar. Palaeſt.* §. 7. quod b. BAVMGARTEN ex Anglicana lingua Germanice conuerti et Supplemento I. *Vniuerſalis Orbis Hiſtoriae* inſeri curauit.
(τ) Deut. 11, 10.

docebunt. Aegyptii enim hodienum ad irrigandam terram ſuam, vel à Nilo plane non inundatam, vel ab inundatione denuo exſiccatam, rotas adhibent tubulatas, à bobus circumagendas, quarum ope aqua, ex Nilo hauſta, per canales in agros circumiacentes deriuatur. In agros autem, à fluuio remotiores, aqua per camelos, non ſine maximo labore atque moleſtia, vehi ſolet. (υ)

§. XIII.

Exemplum VII.

Exſtat et alius locus apud eundem Moſen, (φ) vbi exploratores Terrae S. palmitem vna cum botro uvarum tantae magnitudinis abſcidiſſe leguntur, vt pertica eum deportare opus haberent. Tantum vero vnius botri pondus ſcepticis verltatem ſuperare videtur: quibus opponimus, quae PETRVS DELLA VALLE, (χ) IOH. MOCQVETVS (ψ) et G. C. NEITZSCHITZIVS, (ω) teſtes oculati, memoriae prodiderunt. Illi quidem in vicinia Hebronis adhuc eiusdem fere magnitudinis prouenire uvas referunt; hic vero, ſe ibidem uvas vidiſſe ac comediſſe, quarum vna dimidium cubiti, acini vero duos digiti articulos longitudine aequarent.

§. XIV.

Exemplum VIII.

Apud Ieremiam c. 3, 2. gens Iudaeorum emblemate mulieris propudioſae venit, quae adulteros in biuiis praeſtolatur כַּעֲרָבִי בַּמִּדְבָּר *inſtar Arabis in deſerto*, qui viatoribus videlicet inſidiatur, vt praedam ab iis agat. Reſpicit Propheta rapaciſſimam Arabum indolem, quam iſti nec hodie exuerunt. *Hi mer-*
„catoribus viatoribusque omnibus formidabiles, non modo vniuerſam
„Syriam, ſed et Meſopotamiam, Chaldaeam ac vtramque Tigridis
„ripam ad Perſicum vsque ſinum atque Aegyptum fere omnem, longe
„lateque perpetuis excurſionibus et rapinis infeſtant: ob quas graſſa-
„tiones depraedationesque terreſtre iter illis in partibus haud quaquam
„patet

(υ) Vid. THOM. SCHAW T. II. p. 172. RADZIVILIVS p. 165. TROILO p. 487. etc. (φ) Num. 13, 24 (χ) *Itinerar.* P. I p. 159. (ψ) *Itinerar.* p. 491. (ω) *Itinerar.* p. 328. conf. et PLINII *Hiſtor. Natur.* L. XIV. c. 1.

„*patet minimeque tutum eſt.* Ita peſſimam gentem deſcribit COTOVICVS. (a) Haec ipſa quoque cauſa eſt, cur peregrinatio per Terram S. adeo difficilis ſit tantisque expoſita periculis. Statim enim ac peregrinatores portu Ioppenſi excedunt, *milui* iſti *rapaces*, vt recte eos vocat AMMIANVS MARCELLINVS, (b) praeſto ſunt viisque obſeſſis, nouae praedae inhiant: quorum inſidias euitaturi, vel magnis ſumtibus praeſidium militum conducere, vel in tenebris clanculum et quaſi furtim ſe ſubducere coguntur.

§. XV.

Exemplum IX.

Caput meum rore antiaeque meae guttis nocturnis madent: verba ſunt Sponſi Eccleſiae Cant. 5, 2. Haec optime ex iis intelliguntur, quae *Itinerariorum* ſcriptores THOM. SCHAW, (c) COTOVICVS, (d) MONCONYSIVS, (e) MAVNDRELLIVS (f) aliique de *roris nocturni copia* in terris illis referunt. Ea quippe tanta eſſe ſolet, vt tentoria, veſtimenta et corpora hominum, noctu ſub dio verſantium, mane aquis quaſi immerſa et pluuiis madida videantur.

§. XVI.

Itinerariorum oriental. vſus in Antiquitatibus Biblicis.

Ex hisce, quae modo adduxi, exemplis *Itinerariorum orientalium in Philologia S.* vſum ſatis liquere putem: qui tamen longe maior eſſe in illuſtrandis *Antiquitatibus Biblicis* deprehenditur. Etſi enim ex eo tempore, quo ſacrae litterae conſignatae ſunt, plurimae temporum viciſſitudines, regnorum conuerſiones, gentium migrationes, regionum deuaſtationes acciderunt, non tamen omnia vsque adeo ſubuerſa ſunt aut deleta, vt non locorum, temporum, ceremoniarum, rituum atque conſuetudinum aliarumque rerum antiquarum, in ſacris memoratarum,

(a) *Itinerar.* p. 391. (b) Lib. XIV. (c) *Itinerar.* T. II. p. 79. (d) L. I. c. 20. (e) *Itiner.* p. 191. et 260. (f) *Itinerar. Palaeſt.* p. m. 77.

ratarum, ratio exinde cognoſci quodammodo poſſit. Quanti vſus in *Geographia S.* ſint *Itineraria,* ADRICHOMIVS, HEIDMANNVS, IAC. ZIEGLERVS, WOLFFG. WEISSENBVRGIVS, RELANDVS, I. M. HASIVS, I. I. SCHMIDT, et quotquot in deſcribenda Palaeſtina occupati fuerunt, teſtatum facient: vt adeo DAN. HARTNACCIVS integrum *Geographiae S.* ſyſtema, ex *Itinerariis* plusquam ducentis collectum, promittere haud dubitauerit.

§. XVII.

Exemplum illius vſus I.

Tradunt Hebraeorum magiſtri, (g) ſolis Hierichuntinis fuiſſe liberum, hordea ſua ante oblatum manipulum paſchalem demetere, eo quod fruges apud illos citius, quam alibi in Iudaea, matureſcerent. Rem ita ſeſe habere, ex RADZIVILIO (h) et ZWINNERO (i) diſcimus. Ille de Hierichunte: *Fructus omnes,* „inquit, *et ſegetes duabus hic hebdomadis, quam Hieroſolymis, ci-* „*tius proueniunt; nec mirum: ſunt enim hic adeo immenſi calores,* „*vt hinc petentibus Hieroſolymam coelum longe frigidius videatur.* Hic, aërem totius planitiei Hierichuntinae adeo temperatum eſſe, teſtatur, vt, cum in Iudaea ningit, ibi ruſtici induſiis lineis veſtiti incedant.

§. XVIII.

Exemplum II.

Inter alia populi Iſraëlitici dona, ad exſtructionem Tabernaculi Conuentus collata, erant et pili caprini, vnde aulaeum ſecundum, Sancto et Sancto Sanctorum inſternendum, textum fuit. (k) Qui haec ad indolem et conditionem Europae noſtrae exigere vellet, nae! ille toto coelo aberraret. Quis enim vnquam vidit vel audiuit, è pilis caprarum noſtrarum aulaea confici aut veſtimenta? Sed aliter ſe res habet in Oriente. Audiamus, quae BVSBEQVIVS in *Epiſtolis Itinerariis,* (l) vbi de Bithynia agit, narrat.

(g) Apud LIGTFOOTVM in *Centuria Chorograph.* Matthaeo praemiſſ. c. 47.
(h) *Itinerar.* p. m. 105.
(i) In *Florilegio Terrae S.* (Blumen-Buch des H. Landes) L. I. *Peregrinat.* XVI. c. 4. (k) Exod. 25, 4. c. 26, 7. (l) *Epiſt.* I.

„rat. *Vidimus*, inquit, *capras illas, ex quarum vellere ſiue pilo, (ne „de lana caprina mihi controuerſia ſit,) pannus ille texitur, quem* cy„matilem *ſiue* vndulatum *vocant. Eſt earum tenuiſſimus mireque „nitens pilus, ad terram vsque propendens. Caprae ſaepius in flu„minibus lauantur, gramine paſcuntur per eos campos exili et ſicco, „quod ad lanae tenuitatem multum conferre, certum eſt. Deductum „ex huiusmodi vellere ab eius regionis mulieribus filum Ancyram por„tatur, Galatiae vrbem, vbi et texitur et tingitur.* Haec BVSBEQVIVS. Ex eiusdem generis pilis caprinis, iisque nigris, Arabum tentoria fieri, DELLA VALLE, (m) TROILO (n) et DE LA ROCQVE (o) teſtantur: vnde comparatio Sponſae ſiue Eccleſiae cum nigredine *tentoriorum Kedar* (p) intelligitur.

§. XIX.
Exemplum III.

In veterum Hebraeorum re coſmetica, ſacris litteris memorata, principem locum tenebat oleum et ſtibium oculorum. Oleo quidem capita ſua, maxime in conuiuiis aliisque feſtiuitatibus, vngebant, quo, dicente Pſalmiſta, (q) forma fieret nitidior. Stibio vero foeminae delicatiores, vt pulchriores viderentur, oculorum ſupercilia palpebrasque fucabant. Hodiernum Arabibus res longe gratiſſima eſt oleum, quo accepto, ſtatim caput nudant vnaque cum facie ac barba inungunt, oculis in coelum ſublatis exclamantes: *Deo ſit gratia!* referente TAVERNIERO. (r) Stibio oculorum Turcae ac Perſae frequenter adhuc vtuntur: cuius adeo rationem, materiam atque vſum Auctores hodoeporici pluribus deſcribunt.

§. XX.
Exemplum IV.

Saepe me miratio ſubiit, quoties per Ezechielem praefiguratum legi, fore, vt Iſraëlitae, inter gentes diſperſi et ad incitas redacti, coquendo pani *ſtercus* adhiberent *bubulum.* (s) Mirari autem

(m) *Itinerar. Orient.* P. I. p. 183. et P. IV. p. 186. (n) *Itiner.* p. 687.
(o) *Itiner. Palaeſt.* p. 145. edit. German. (p) Cant. 1, 5. (q) Pſ. 104, 15.
(r) *Itiner.* P. I. L. II. c. 2. (s) Ezech. 4, 15.

Digitized by Google

tem deſiii, vbi hodieque Aegyptios aliosque Orientis populos ob ligni penuriam ſtercore bouino, camelino et equino coquere, ex *Itinerariis* didici.

§. XXI.

Itinerariorum oriental. vſus in Hiſtoria Eccleſiaſt.

Plura hanc in rem coaceruare poſſem exempla; ſed ad *Hiſtoriam Eccleſiaſticam* progredior. *Itineraria orientalia* nec hic ſuo carere vſu, perſuaſiſſimum habeo, idemque obſeruat Doctiſſ. *Actorum Hiſtor. Eccleſiaſt.* Editor. (t) Eccleſiarum enim per Orientem hodie ſuperſtitum hiſtoriam atque fata ex *Itinerariis* nouimus. Haereticorum aliorumque heterodoxorum: vt Samaritanorum, Muhammedanorum, Maronitarum, Iacobitarum: Neſtorianorum, Eutychianorum, dogmata ex *Itinerariis* diſcimus. De veritate denique Hiſtoriae Eccleſiaſticae ex *Itinerariorum* monumentis certiores euadimus.

§. XXII.

Exemplum illius vſus I.

Ex multis vt pauca ſaltem attingam, exempli loco hic repetere placet verba A. M. MYLLERI, quibus Samaritanorum dogmata, mores praeſentemque conditionem deſcribit. (u) *Primo*, inquit ille, *ex libris Biblicis ſolum Pentateuchum Moſis admittunt.* „*Secundo, cum Iudaeis circumciſionem obſeruant ſuosque ſacerdotes* „*titulo* Rabbi *honorant. Tertio, paſchatis feſto vitulum viuum com-* „*burunt, quo ſacrificio durante, totum corpus tegunt: tum cinere com-* „*buſti vituli illius ſe abluunt, idque, vt ſtolide ſibi perſuadent, ad pec-* „*catorum expiationem. Quarto, moribundos ſub dio reponunt, quo* „*animae eorum recta in coelum ſubuolent; cadauera autem nequaquam* „*attingunt, ſed per alios ſepeliri curant. Ridiculum eſt, quod columbam* „*arcae ſemper incluſam habere eamque Noachi columbam exiſtimare* „*narrantur. Alioquin homines ſunt corpore robuſti atque formoſi,* „*more Arabum tunicas rubras cidaresque rotundas geſtantes. Com-* „*merciis ſeſe non immiſcent, ſed calligraphiae operam dant, quam* „*Prae-*

(t) Vol. XII. p. 300. (u) *Itinerar*, p. 288.

Digitized by Google

„ *Praefectis aliiſque Turcis nobilioribus locare ſolent. Quia extra gentem ſuam matrimonia contrahere religioni ſibi ducunt, magis magisque ad incitas rediguntur: ita vt praeter eos, qui Sichemi ſiue Neapoli Samariae commorantur, Gazae, Damaſci et Cairi non plures ducentis ſuperſint familiae.*

§. XXIII.

Exemplum II. et III.

Quis praeſens ſtatus, quae hodierna conditio ſit ſeptem Aſiae Eccleſiarum, tempore Apoſtolorum adeo celebratarum; quam ſtricte Apocalyptica de iisdem vaticinia impleta, pluribus oſtenderunt IAC. SPONIVS et G. WHELERVS. (x) Polycarpum, D. Iohannis diſcipulum et Smyrnenſium Epiſcopum, pro chriſtiana veritate palam et ſpectante populo in amphitheatro Smyrnae combuſtum eſſe, Scriptores Eccleſiaſtici memoriae produnt. (y) Amphitheatri illius pars, hodieque reliqua et pluribus à MONCONYSIO (z) et THOMA SMITHIO (α) deſcripta, Smyrnae adhuc viſitur. En veritatis hiſtoricae monumentum!

§. XXIV.

Exemplum IV. et V.

Seculo poſt natum Chriſtum tertio ac quarto multi, vt perſecutionum furoribus ſeſe ſubducerent, deſerta petebant ibique ſolitarie agentes vitae monaſticae dederunt originem. Qui cum ſingularem quandam ſanctitatem affectarent, tot alios in conſortium ſuum pertrahebant, vt iam Paulus, Eremitarum omnium primus, vltra quingentos haberet diſcipulos. Rudera eiusmodi coenobiorum in deſerto Thebaidis, vbi olim Antonius, Pachomius, Macarius aliique vixerunt, maximo numero huc vsque ſupereſſe, *Itinerariorum* ſcriptores referunt. (β) Talis anachoreta fuit quoque Simeon ille Antiochenus, qui totos octoginta annos columnam triginta ſex cubitorum, inſtituto inaudito et plane ridiculo, inhabitauit, *Stylites* inde cognominatus. Columnae illius rudera adhuc

(x) *Itinerar.* P. I. (y) Vid. e. g. EVSEBIVS *Hiſtor. Eccleſ.* L. IV. c. 15. HIERONYMVS de *Viris Illuſtribus* c. 17. etc. (z) *Itiner.* p. 415. (α) De *ſeptem Aſiae Eccleſiis* p. 52. 53. (β) Vid. e. g. THEVENOTI *Itiner.* P. I. L. II. c. 71.

Digitized by Google

in vicinia Antiochiae et Alepi oſtenduntur et pluribus à peregrinatoribus deſcribuntur, qui locum illum, ثبط سمعان, *columnam Simeonis* Arabice inde dictum, deuotionis cauſa inuiſere ſolent. (γ)

§. XXV.

Exemplum VI.

Poſſunt denique et alia Hiſtoriae Sacrae momenta ex *Itinerariis* illuſtrari ac confirmari: quod vnico ſaltem exemplo comprobare placet. Quis non immenſum illum numerum ſtupet, ad quem populus Dei in Aegypto, ſummopere licet afflictus et crudeliſſime à Pharaone habitus, accreuit: ita vt ſub exitum ex Aegypto ſoli viri ſexcenties mille numerarentur? Quod quamuis ſingulari benedictioni diuinae praecipue tribuendum fuit, cauſas tamen quoque habuit naturales. Conſtat enim ex *Itinerariis*, nullam orbis terrarum partem, ſi ſolam Chinam excipias, Aegypto eſſe populoſiorem, adeo vt olim tempore regis Moeridis oppidorum continuerit viginti millia; quae tamen bellorum temporisque iniuria eo vsque diminuta ſunt, vt, regnante Ptolemaeo Lagi, vix tria millia ſupereſſent. (δ) Temporibus ſequioribus, cum aliquando iuſſu Praeſidis prouinciae incolarum Cairi inſtitueretur cenſus, ſeptuaginta myriades hominum ibi inuentae ſunt. Hinc incolarum ſolius Cairi numerum, quam totius Italiae, maiorem eſſe vulgo perhibent. Quam ſummam hominum copiam niſi peſtis ſubinde diminueret, quotannis fere ibi graſſans nec raro viginti quatuor horarum ſpatio viginti quatuor millia hominum fere abſumens, parum abeſſet, quin homines ſemet ipſos ſint deuoraturi. (ε) Stupenda autem illa hominum multiplicatio partim climatis illius bonitati, partim victus rationi, quam et Iſraëlitae ſequebantur atque adeo etiam in deſerto concupiſcebant, partim aliis tribuenda eſt cauſis: quas tamen rerum naturalium ſcrutatoribus nunc relinquo.

(γ) Vid. TAVERNIERI *Itinerar.* P. I. L. II. c. I. TROILO p. 618. MYLLERVS p. 768. ſeq. (δ) Conf. MARSHAMI *Can. Chron.* p. 419. ſeq. et IOH. CLERICI *Commentar.* ad Exod. 1, 7. et c. 12, 37. (ε) Vid. RADZIVILII *Itinerar.* p. 159. 160. 176. Reiſe-Buch des H. Landes p. 199. TROILO p. 469. etc.

INDEX

INDEX
VOCVM ET RERVM NOTATV DIGNIORVM.

A.

A praeponitur in exoticis pag. 25
- - Epentheticum 44
عبد, i. e. *ſeruus*, abſolute poſitum, pro *Aethiope* 88
Abſtractorum formâ foeminis Nomina impoſita 25
Accentus in Nominibus Propr. origine Graecis retrahitur 4. 26. 33. 44. 49. 51. 55. 61. 63. 65. 72. 87. 89. 93. 98. 121. 146. 148. 149. 150. 155
Acrocorinthus 93
Actoris nomen quomodo Graeci exprimant? 97. 154
Ad ſtatuas locus Pannoniae 92
Adiectiua Graeca in αῖος vnde? 125. et in ιος aliquando promiſcue vſurpantur 97. in ηὸς vnde? 110. in ῆς quid exprimant? 93. in ιμος quid ſignificent? 21. 102. 121. 149. in illis ſubinde μ exteritur 46. 102. 158. in ικὸς quid denotent? 70. 170. in ῖνος 100. in ώδης 69. Verbalia in τὸς 61. 62. Neutra in ιον et ον ſubſtantiue vſurpata quid deſignent? 32. 129.
- - Latina in *eus* vnde? 19. Verbalia in *bilis* et *ilis* 62
Adoneus Bacchi nomen 185
Adonia 176
Ἀδωνιασμὸς quid? 176
Adonis idem cum Baccho, Oſiride et Thammuz 176. 177. 184. ſeq. et cum ſole 186
Aegyptus eſt regio populoſiſſima 206. Aſiae olim accenſita 195
Aegyptii quomodo terram ſuam irrigent? 200
Aegyptiaca lingua multas voces cum aliis LL. OO. habuit communes 181
- - Itineraria *orientalibus* iungenda 195
Aeolica dialectus 72
Aeſar nomen Dei apud Hetruſcos vnde? 186
Aethiopiae rex vocatur *Preſtar Chan* 88. eius imperium abſolutum in ſubditos, ibid.
Agwani populi 197
Aj in fine Nominum Propr. Hebr. pars Nominis diuini 105. terminatio Gentilium Chaldaic. 60
ע à Graecis interdum per γ effertur 5. 20. 50. 92. 127
Ἀκρότομος de *rupe* 48
א pro ה 111. medianum mutatur interdum in *Iod* 104
Amaritudo aquae ex nitro 109
Amathuſii Adonidis et Oſiridis nomen coniungebant 185
Ἀμένθην quid Aegyptiis? 181
Ἀμμῶν quis? 179
Amoſis rex Aegypti 180
Amphitheatrum Smyrnae 205
Amplificatiua Nomina Graec. in ὼν (ωνος) 105. 111. 117
Anaſtrophe 117
Ἀντὶ in compoſitione interdum *ſimilitudinem* exprimit 25. et Iota ſuum non abiicit ſequente Vocali 24
Antiphraſes in Nominibus Propr. 155
Antiquitates Biblicae ſiue Sacrae illuſtrantur ex Itinerariis 193. 201. ſeq.
Antitheſis litterarum in Nom. Propr. 5
Aphaereſis 5. 57. 96. 130
Apocope 5. 181
Apollo Patareus 122. artis vaticinandi praeſes 126. ab eo Nomina vrbium deſumta 26
Appia via à quo dicta? 26
Arabes coluerunt Bacchum 184. eorum indoles rapaciſſima 200. 201. tentoria ex

Digitized by Google

ex pilis caprinis nigris 203. illis oleum eſt res gratiſſima 203
Ἀρι quid ſignificet? 28. 29
Articulus ה Hebraeorum aliquando additur Nominibus Propr. *Locorum* 17. 121. excluditur 111. non admittitur à Nominibus Peregrinis 180
Ἀρτὰς h. e. *magnus* 30
Arundinibus Kana abundat 87
Aſpera Cilicia 90
Aſpii populi 152
Aſſyrii cum Syris confuſi 145
Ἀνὴρ de viro illuſtri 132
Attalorum ignobilitatem carmine perſtrinxit Daphidas 33
Attici menſes ſuos à feſto quodam appellarunt 119
Augmentatiua Graecorum in ων (ωνος) 105. 111. 117. Hebraeorum 43. 46. 51. 64. 87. 104. 129

B.

B permutatur cum *M* 57. 74. 101. 138. 181. cum υ 34. 52. 98. 113. cum φ 40. 156. interponitur 67. 74. 101. geminatur 99. illud et *P* Perſae ſaepe promiſcue vſurpant 171
Baccha Arabum idolum 184
Bacchus vnde nomen habeat? 183. πολυώνυμος 185. idem cum Adonide, Oſiride et Thammuz 177. 178. 183. ſeq. et cum ſole 187. eius varia Nomina et Cognomina 182. ſeq.
בַּ ſiue בֵּי pro בַּיִת ſiue בֵּית 36. 41
Bartholomaeus an idem cum Nathanaële? 38. 114. 115
Bituminis foueae 199
Botri ingentis magnitudinis 200
Briges, h. e. *Phryges*, quid ſignificet? 158
Brutiſona Nomina 125. 171
Bruttia pix 82

C.

Cadmus vnde dictus? 96. Bacchi cultum primus in Graeciam introduxit 184. eius et ſociorum ornamenta bellica 96
Caeſar vndè dictus? 86
Calbwe an ſit קָלִי? 197
Cairi incolarum numerus 206
Caius vnde? 46
Calor Smyrnae intolerabilis 142
Caph formatiuum Chaldaeorum 88. 138
Caprarum pili 202. 203
Cauernae, ab illis multa loca denominata 150
Cayſtrus fl. naues recipit 66
Celtae iidem cum *Galatis* 47
Cendeuia palus 90
Ceres eadem cum *Magna Matre* 30. vocatur Χλόη 169
Chaldaeus pro *hariolo* 60. Chaldaei Hebraeorum Cholem per *a* exprimunt 80. eorum terminatio in Nominibus *emphatica* 5. 39. 45. 50. 180
Chalybes populi 159
Charub vel *Charnub* quid? 198
Cheth Hebr. per χ Graec. expreſſum 89. 105
Χίδρα quid? 197
Chimaera mons igniuomus 101. 153
Choaſpes fl. 152
Cholem Hebr. à Chaldaeis et Syris per *a* exprimitur 80
Χώρα frequenter ſubintelligitur 9. 27. 60. 79. 134
Chriſtiani Nomina à Diis falſis deſumta non depoſuerunt 9
Cicer frixum 197
Claudus vnde? 91
Codomannus vnde? 32
Coenobiorum rudera in deſerto Thebaidis 205
Cognomina à parentibus eorumque vitae inſtituto petita 8. ab habitu ſiue vitio corporis 118. Bacchi 182. ſeq.
Collectiua Nomina 139
Columba Noachi 204
Columnae Simeonis rudera 205. 206
Comitium Varium Spartae 96
Commentarius optimus in V. T. 193
Complexus plurium quomodo à Graecis exprimatur? 89. 139
Compoſita Hebraica 181

Compre-

Comprehenſiua Nomina 89. 139
Congeries plurium quomodo à Graecis exprimatur? ibid.
Contractio 5. 25. 44. 63. 69. 106. 107. 134. 136. 150
Copiae Nomina Graecorum Subſtantiua 89. 139. Adiectiua 69. 93
Corinthiae puellae 93
Crenides, poſtea Philippi 155
Cretes arte ſagittandi clari 50
Cyclades inſulae terebinthis abundant 122
Cymatilis pannus 203

D.

Δ pro Z 67. 183
Dages Forte in *N* reſoluitur 101
Δακρυότιμος Adonis 176
Dator vini Bacchus vocatur 182
Decapoleos tractus iucundiſſimus et feraciſſimus 49
Decurtatio Nominum Propr. 5. 6. 7. 22. 25. 26. 30. 53. 60. 62. 63. 68. 72. 81. 85. 91. 119. 120. 122. 140
Deminutiua 6. 26. 51. 55. 70. 106. 125. 147. 150. 158. an illis carere poſſit lingua Graeca? 106
Denominatiua, vid. *Nomina.*
Deriuata, vid. *Nomina.*
Dialyſis Poëtica 53
Diana eadem cum *Magna Matre* 30
Δῖος menſis Macedonum 54
Διοτρεφὴς epitheton regum 55
Diplaſiaſmus in Nominibus Propr. 5. 23. 80. 99
Dorica dialectus 63. 111
Draco Rhodum olim infeſtauit 130
Dualis Hebr. terminatio quomodo à Graecis efferatur? 51

E.

Echo vbi reddatur? 42
Edonius Bacchus 185
Effigies Gorgonis 78
Eleleus Bacchus 178
Ellipſis in Nominibus Propr. 78. 129
Emphatica terminatio Chald. 5. 39. 45. 50. 180
Εο mutatum in ευ 72
Epectaſis Poëtica 63
Epentheſis in Nominib. Propr. 5. 44. 63. 69
Ἐπὶ in Compoſitione quid interdum deſignet? 62
Epidaphnes Antiochia 52
Ἐπιφάνεια de apparitione Deorum 62. 63
Equi, ab illis Nomina Propr. adſcita 154. 171
Eremitae 105
Ἐρι in Compoſitis quid ſignificet? 28. 29
Esba per *i* expreſſum 95
Ἔθνος ſubintelligitur 78
Eulacus fl. 152
Εὐπατρίδης 160

F.

Fertilitas Bethlehemi 43. et Decapoleos 49
Ficus, iis abundat vallis et mons Olineti 43. 198. 199
Figurae Grammat. Orthograph. in Nominibus Propr. 5
Figuratae locutiones in S. S. 192
Filius eſt imago animi et corporis parentum 172. Filii vel filiae *awi* 196
Flaccus vnde? 107
Flauae gentes Galli 47
Foeminis ſub forma *Abſtractorum* Nomina impoſita 25
Fons draconis 43
Forma elata in regibus maxime placuit 126
Forum frequens in Nominibus Vrbium 26
Foueae bituminis 199
Fulmen filius tonitrui et ſymbolum virorum fortium 44

G.

ג Hebr. mutatum in κ 153. in χ 137
Galli flauae gentes 47. à Graecis dicti *Galatae* 47
Garwanſos quid? 197
Gaza multorum gigantum ſedes 128
Gemmae Hydaſpeae 152
Gentilia admodum variant 114. in εὺς 97. in ίτης vnde? 105. in ιος, ειος et αιος vnde

vnde? 60. illis Nomina Propr. perſonarum interdum ὁμώνυμα 8
Geographia S. illuſtratur ex Itinerariis orient. 202
Germani, illorum Nomina Propr. mutilata 7. in *ing* 9
Gortynii arte ſagittandi clari 50
Graeci Accentum in Nominibus Propr. retrahunt, vid. *Accentus*: terminationem Nom. Propr. peregrinorum vel ſeruant vel mutant 6. Nomina Propr. Hebr. ad typum linguae ſuae effingunt 6. 58. vt reliquae gentes à *Diis* Nomina Propr. aſſumſerunt 9. 26. 53. 54. 55. 61. 63. 65. 118. 169. et ab *equis* 154. 171. illorum vanitas in fingendis originibus ciuitatum 142
Graeca Nomina Propr. aſſumſerunt Syri et Iudaei 7
Gutturales litteras Hebraeorum quomodo Graeci efferant? 5

H.

Ham in lingua Angloſaxon. quid ſignificet? 123
He Hebr. mutatur in א 111. Articulus, vid. *Articulus*.
Hebraei Nomina Propr. formant ſub forma *Patronymicorum* 8. et à Futuris Verborum 73
Hercules idem cum ſole 69
Heſychius innumeris mendis ſcatet 179
Hierichuntinae planitiei aër temperatus 202
Hiſtoriae naturalis S. S. defectus quomodo farciri queant? 193
Homerus Deminutiuis vſus 106
Hybridae voces 181
Hydaſpeae gemmae 152
Hyperbolicae locutiones in S. S. 192
Hyrcanium vicus 152

I.

I cum *v* permutatum 144
Icones à Prometheo et Minerua erectae 78
Idolographia V. T. 175
Ignominioſa Nomina Propr. 39. 65. 68. 146
איים quid? 196
Ili, Ill, Hill, Celtis *mons*: *montoſus* 78
Illyria regio montoſa 78
Imitatiua Nomina 48. 70. 172
Inſula, qualis terra veteribus ſic dicta? 82
Iod Compaginis 52. 71
Iſiris Phoenicius 186
Iſraelitae Aegyptiorum victus rationem ſecuti 206
Ἰταλὸς h. e. *taurus* 82
Itinerariorum vſus 191. in Antiquit. S. ſiue Biblicis 193. 201. ſeq. in Hiſtoria Eccleſiaſt. 204. ſeq. in Philologia S. 195. ſeq.
Iudaei habuerunt interdum Nomina Propr. gemina 7. et Graeca 7. atque ex Nominibus parentum 8. an Bacchum coluerint? 184
Iudas an idem cum Lebbaeo? 80. 98. Iudae nomen inuiſum 80

K.

קָלִי quid? 197
Karnaim gigantum ſedes 89. 128
Κεράτια quid? 197. 198
Κόλπος ſubintelligitur 16

L.

L in *S* mutatum 23
Λ cum ρ permutatur 52. 148
Λα *intendendi* 98
Lam Articuli Arab. eliſum 56
Λάσιος de *loco herbido* 87
Latini Nomina Propr. terminatione Poſſeſſiuorum exprimunt 9. eorum Nomina Propr. in *inus* ibid.
Leb-Lebbi quid? 197
Lebbaeus et Iudas an idem? 80. 98
Legio apud Romanos 98
Leuis an idem cum *Matthaeo*? 98
Liberi parentum ornamenta 14
Λιθόστρωτος locus 45
Littera ſimilis in Compoſitis Hebr. eliditur 117

Locorum

Locorum Nomina Propr. ab arboribus et prouentu fructuum deſumta 94. Hebr. interdum Articulum ה admittunt 17. 121. ex Itinerariis Orient. explicari poſſunt 198
Luctus ſuper Adonide 176. Oſiride 177. 187. Baccho 178. Thammuz 176. 187. quid voluerit? 187. 188
Luna ſymbolum perſonarum illuſtrium et pulchrarum 156
Lux et *luceo* vnde? 98
Lycaonica lingua 53
Lycia multa loca igniuoma habuit 101

M.

M permutatur cum *B* 57. 74. 101. 138. 181. eliditur in medio 46. 102. 158. abiicitur in fine 106. Coptis eſt Genitiui nota 129
M. ſyllabam Phryges vocibus praemittebant 104
Mã et *Maῖa* mater 30. 104
Macedonica dialectus 40
Macetae i. e. Macedones 104
Magdalena abſurde vt Nomen Propr. foeminis imponitur 103
Matthaeus an idem cum Leui? 98
Mechujaël primus habuit Nomen ex Nomine diuino compoſitum 9
Media et methodi variae illuſtrandi S. S. 191
Mem Hebr. Nomina Locorum format 104
Mīva de quo dicatur? 109
Mercurius Deus facundiae et furum 63. eius calliditas ibid.
Metatheſis in Nominibus Propr. 5. 25. 40. 63. 69. 137. 141
Millo, ibi conuentus publici habiti 136
Milui rapaces vocantur Arabes 201
Μῶρον vox blanditiarum 66
Myſorum vltimi, prouerb. 112
Myſtica Nomina Propr. 13. 18. 25. 29. 35. 76. 77. 142

N.

N mutatur in *S* 23. 83. 84. aſſumitur 87. omittitur 92. 94. 107. 125. 181. per Dages Forte inſeritur 181. et contra pro Dages Forti venit 101
Nathanael an idem cum Bartholomaeo? 38. 114. 115
Neomeniae ſignis in monte Oliueti indicatae 48
Nepotibus auorum Nomina indita 83
Nicotiana herba 197
Nitrum cauſa eſt amaritudinis aquae et albedinis terrae 109
Nomadum habitacula 115
Nomen Actoris, vid. *Actoris*. Nomen et omen habuit Paulus 122
Nomina ſunt ſigna rerum 195
- - Diuina ſunt obſcura et controuerſa 175
- - Graeca Adiectiua, vid. *Adiectiua*. Amplificatiua et Augmentatiua, vid. *Amplificatiua* et *Augmentatiua*. Collectiua et Comprehenſiua, vid. *Collectiua* et *Comprehenſiua*. Deminutiua, vid. *Deminutiua*. Denominatiua in *ας* et *ις* 4. 70. Deriuata in *ης* 97. 123. in *ιας*, *ελας*, *αλας* et *ιας* cuius ſint ſignificationis et vſus? 18. in *ωνιον* vnde? 158. in *ινης* 28. 60. eorum Foeminina in *ινη* quomodo accentuanda? 21. in *ιων* quid exprimant? 48. 172. Gentilia, vid. *Gentilia*. Imitatiua, vid. *Imitatiua*. Sectatiua, vid. *Sectatiua*.
- - Propria quotuplicis originis? 3. non occurrunt in Libro Sapientiae 10. ſaepe Gentilibus ſunt *ὁμώνυμα* 8. à partus moleſtiis impoſita 19. ab habitu et vitio corporis 118. à parentibus aſſumta 8. à Diis 9. 26. 53. 54. 55. 61. 63. 65. 118. 169. à regibus 29. 53. 127. diſſimulantur 8. decurtantur, vid. *Decurtatio*. Brutiſona, vid. *Brutiſona*. Ignominioſa, vid. *Ignominioſa*. Locorum, vid. *Locorum*. Myſtica, vid. *Myſtica*. Patronymica, vid. *Patronymica*. Prophetica, vid. *Prophetica*. Προσηγορικά, vid. *Προσηγορικά*. Seruilia 8. Vrbium, vid. *Vrbium* Nomina.

Nomina Propria Germanorum in *ing* 9. mutilari ſolent 7
- - - Graeca interdum aliter flectuntur quam Appellatiua 4. 73. in iis Accentus retrahitur, vid. *Accentus.*
- - - Hebraica, aliquando in N. T. Graece explicata 7. ea Graeci ad typum linguae ſuae effingunt 6. 58. in iis explicandis obſeruanda eſt συστοιχία litterarum Graec. et Hebr. 4
- - - Latinorum in *inus* 9
Nun adſcitum 87

O.

Oculorum ardor 156
Oleis abundat vallis et mons Oliueti 48
Oleum in re coſmetica Veterum 203
Olympus pro *coelo* 120
Ophiuſa cur Rhodus dicta? 130
Oſiris idem cum Adonide, Bacoho et Thammuz 177. 185. ſeq. et cum ſole 186. ſeq. fuit Phoenicius 186. eius ſepulcrum vbi? ib.
Oſtiaci ab habitu et vitio corporis Nomina accipiunt 118

P.

P et *B* Perſae ſaepe promiſcue vſurpant 171
Π Articulus Aegyptiacus 126
Pactolus fl. ramenta auri affert 136
Πάγος in Nominibus Locorum 28
Palma ſymbolum Aradi et vrbium Phoenices 156
Paneas poſtea *Caeſarea Philippi* 155
Panis S. Iohannis 198
Paragoge in Nominibus Propr. 5
Paronomaſtica alluſio 88. 146
Patach Hebr. per *o* expreſſum 37. 120
Patareus Apollo 122
Paterae Apollinis ſacerdotes 122
Patronymica, etiam ab auorum nominibus formantur 70. ſub eorum forma Hebraei Nomina Propr. formant 8. 160. Graeca in ιων 172. foeminina in ας et ις vnde? 70
Paulus nomen et omen habuit 122
Penthesilea cum luna comparata 156
Περιεκτικὰ Nomina Graeca 33. 89. 97. 139
Perſa pro *mago* 60. Perſae ab *equis* Nomina aſſumſerunt 171. equis ſtuduerunt 172. ſtibio vtuntur 203
Peſtis Cairi ſaepius graſſatur 206
Φ permutatur cum *B* 40. 156
Philologiae S. defectus quomodo farciri queant? 193
Phoenice quae? 157. *Phoenices* primi Bacchi cultum inſtituerunt 184
Phraſes S. S. ex Itinerariis oriental. illuſtrari poſſunt 199
Phrygia quotuplex? 157
Phrygica lingua multa cum Germanica habet communia 157
Pili caprini 202. 203
Πόλις ſubintelligitur 4. 9. 60
Polycarpus vbi combuſtus? 205
Πολυώνυμος Bacchus 185
Pontificii peregrinatores, quid de eorum Itinerariis ſtatuendum? 194. 195
Preſtar Chan vocatur rex Aethiopiae 88
Prophetica Nomina 60. 114
Προσημαντικὰ Nomina Graecorum 120. 121
Prosthesis in Nominibus Propr. 5
Purim feſtum vocatur *dies Mardochaica* 106
Pythagoras Carmelo monte delectatus 89

R.

R et *L* permutantur 52. 148
Reges διοτρεφεῖς Homero 55. eorum Nomina aſſumi ſolita 126. Regum Aethiopiae imperium abſolutum in ſubditos 88
Regionum Nomina, in illis ſubintelligitur χώρα 9. 27. 60. 79. 134

Reliquiae

Digitized by Google

Reliquiae S. 195
Rephaim vallis 138
Robur accingere et *induere*, phraſis Hebr. 109
Romani à Diis aſſumſerunt Nomina 9. 118
Roris nocturni copia 201
Roſa ſymbolum pulchritudinis ac ſuauitatis 130. in nummis Rhodiorum ibid.
Rotae tubulatae Aegyptiorum 200

S.

S Nominibus praeponi ſolet 141. interponitur 135. pro *N* venit 23. 83. 84
Samaritanorum dogmata, mores et conditio 204. 205
Sapientiae Liber caret Nominibus Propr. 10
Schaalbim vrbs vnde nomen acceperit? 196
Schagal ſiue *Schiagal* animal 196
Scheva Hebr. per *a* pronunciatum 87. per *o* 44
ע Graeci interdum in γ mutant 37
Schoenus portus à iuncorum copia 89
שׁוּעָל quid? 195. 196
Scripturam S. illuſtrandi varia media et methodi 191
Scythae ſagittandi arte valuerunt 141. in Aſiam irruperunt 142
Sectatina Nomina Graec. 48. 70. 170
Segol penultimum in Nominibus Propr. à Graecis per *a* prolatum 13
Σείριος Oſiris et ſol 186
Septentrionales populi ſolis diſceſſum luctu eiusque reditum tripudio proſecuti 188. Nomina à parentibus aſſumunt 8
Serpens inſulam Chium olim infeſtauit 161
Seruilia Nomina 8
Sicilia ab Italia abſciſſa 130
Similitudinis Adiectiua Graec. 69. 92. 100
Simſon quomodo tot vulpes capere potuerit? 196
Σκύλακες 196
Smyrnae calor intolerabilis 142
Sol commune omnium fere gentium numen 186. cultus ſub nomine *Domini* ibid. in nummis Rhodiorum 130. idem cum Adonide, Baccho, Oſiride et Thammuz 186. ſeq. emblema eſt virorum illuſtrium 135
Spartani ſe Iudaeorum fratres eſſe iactabant 96
Sparti ſocii Cadmi 97. 143
Spica ſymbolum fertilitatis 143
Stercore animalium panis coqui ſolet 203. 204
Stibium in re coſmetica Veterum 203
Stylites, cognomen Simeonis Antiocheni 205
Synaloephe, vid. *Contractio.*
Syncope in Nominibus Propr. 5. 40. 59. 81. 146
Syri cum Aſſyriis confuſi 145. habuerunt multa Nomina Propr. Graeca 7. Nomina ac Cognomina à parentum vitae inſtituto aſſumunt 8. eorum tonum in Nominibus Propr. Graeci ſequuntur 6
Συστοιχία litterarum Hebraic. et Graec. obſeruanda 4

T.

Tentoria Kedar 203
Tertius an idem cum *Syluano?* 140. 147
Thammuz quis fuerit? 176. ſeq. vnde eius Nomen? 178. ſeq. idem cum Adonide, Baccho et Oſiride 186. et cum ſole ibid. ſeq. *Thammuz* menſis vnde dictus? 187
Thamoſis rex Aegypti 180
ת Hebr. quomodo à Graecis efferatur? 4. omiſſum 183

Thermae, ſacrae vocantur 76. Nicopoleos ſiue Emmauntis 60
Θῶες 146
Tonus, vid. *Accentus*.
Trachones montes 149
Tritico toſto Agwani victitant 197
Turcae ſtibio vtuntur 203
Tyrii coluerunt Bacchum 184
Tzade Hebr. quomodo Graeci efferant? 4. 64. 92. 114. 170
Tzeri Hebr. per ε expreſſum 60

V.

Validus de vrbe 46
Verba ſacrorum 34
Verbalia, vid. *Adiectiua*.
Viuus vocatur verus Deus 68
Vlulatus in ſacris Bacchi 178
Vocales Hebr. Graeci varie efferunt 5
Vrbium Nomina, ab Apolline petita 26. in illis ſubintelligitur πόλις 4. 9. 60.
in terminatis in εια Accentus retrahitur 4
Vulpium nomine etiam *Thoës* comprehenduntur 195. 196
Uvae praegrandes in Palaeſtina 200

Y

Υ Graec. permutatum cum β 34. 52. 98. 113. cum Iota 144
Ὑποκοριστικὰ Nomina Graecorum 26. 51. 55. 70. 106. 147. 150. 158. vid. et *Deminutiua*.

Z.

Ζ Graec. an per *sd* efferendum? 17. mutatur in δ 67. 163
Ζα *intendendi* 138
Zabii coluerunt Bacchum 184
Zain Hebr. quomodo Graeci exprimant? 4. 17. 64. 183
Zarea patria Simſonis 196

OMISSA

IN ONOMASTICO N. T.

Pag. 48. poſt Γεδεών. Γίεννα, ex Hebr. גֵּיא הִנֹּם *vallis lamentationis* ſiue *ploratus*, vid. *Onom. V. T.* p. 271. et 362. Mem Hebr. abiicitur et aſſumitur terminatio Graeca, ſicut in Μαρία pro Μαριάμ. Iudaei ſic vocabant *infernum*, reſpicientes tum ipſius vocis ſignificationem, tum vallem illam *Hinnom* prope Hieroſolymam, vbi idololatrae infantes ſuos Molocho ſacrificabant et perpetuus ignis ad cadauera aliasque vrbis ſordes concremandas alebatur. Occurrit ſic Matth. 5, 22. 29. 30. c. 10, 28. c. 18, 9. c. 23, 15. 33. Marc. 9, 43. 45. 47. Luc. 12, 5. Iac. 3, 6.

CORRIGENDA.

P. 16. lin. 1. lege *dictus* pro *dicti*. p. 32. l. 1. יִיִשְׂאֵל. p. 50. l. 18. ܠܐܠܨܦܘ̈ܢ? p. 53. l. 15. ܘܡܐ? p. 56. lin. vlt. *Amilcar*. p. 86. l. 23. Καϊνάν. p. 102. l. 3. à fine Γάϊος. p. 105. l. 9. Μαλελεήλ, et l. 19. מְנַשֶּׁה. p. 128. l. 26. Ῥεβέκκα.

IH 1527493

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google